invenient. Reitz. Minus haec subtiliter vel e grammaticis, vel e criticis, legibus disputata sunt tum a *Jensio*, tum a *Reitzio*. Neque enim recte praecipit *Jensius*, Adverbia et Adjectiva promiscue a veteribus usurpata fuisse: neque *Reitzius* probandus, qui h. l. perinde esse dicat, ὅλως quis an ὅλος, an etiam ὅλον, praeferat. Primum enim ut cacophoniam Reitzianam verborum οὕτως ὅλως non magis ego agnosco, quam illorum οὕτως ἁπλῶς Timon. c. 36. οὕτως ἀτεχνῶς alibi, aliorumque similium, ita hinc manifestum est normam judicandi hoc quidem loco cum *Reitzio* repeti non posse. Deinde ὅλον, quae est unius Long. Cod. lectio, nulla ratione grammatica defendi potest. Quodsi enim non possumus quin δοκεῖς mente repetamus, quis unquam dixerit: δοκεῖ οὕτως ὅλον εἶναι; Optio itaque est inter ὅλος et ὅλως. Jam vero utrumque dicitur, et dici potest, ὅλον εἶναι, et ὅλως εἶναι, ἔν τινι πράγματι. Illud est in Diall. Deor. XII, 2. hoc certe ἀνάλογον iis, quae *Jensius* dedit, ὅλως εἶναι πρὸς τῇ θήρᾳ Diall. Deor. XIX, 2. et ὅλως περὶ τὸ μειράκιον εἶναι Diall. Merett. X, 4. ubi frustra *Reitzius* turbas movet. Scilicet ὅλον εἶναι ἔν τινι respondet Latinorum phrasi: *totum esse in aliquo*; ὅλως vero εἶναι, est *penitus*, *prorsus esse in re*. Tandem idem esse potest utrumque, sed diversa tamen ratio est, qua eadem haec sententia exprimitur. Nunc ut largiar *Jensio*, ὅλως h. l. non esse ineptum, ὅλος tamen ob Codd. auctoritatem praeferendum duco. Nam praeter Edd. B. 2. et 3. etiam V Cod. tuetur hanc lectionem, et quod in Cod. 3011. ὁ λόγος legitur, teste quidem *Belino*, huic scribendi vitio vetus lectio ὅλος, minime vero ὅλως, subesse videtur. Lehm.

Ead. l. 5. *Οὐκ ἐς μακρὰν*) *Οὐκ εἰς μακρὸν χρόνον.* Bro

Ead. l. 9. Ἡσίοδον οἰκεῖ) Lib. 1. Oper. Haec tota disertatio *Hesiodum* de via illa virtutis interpretatur. Bour. *Hesiod.* Ἔργ. 288. Solan. Cf. Necyom. c. 4. et nobilissima Socratis verba ap. *Xenoph.* Memorr. II, 1, 20. sq. Lehm.

Ead. l. 13. Ὠδοιπόρηται) *Lucianus* ex numero annorum quos jam philosophiae studio dederat Hermotimus, colligebat eum non longe ab ipsa Virtute, quam pro summo bono petebant philosophi illi, abesse, ubi contrarium ex Hermotimi intelligit, ait, *οὐχ ἱκανὰ οὖν ἴδρωταί σοι, ὦ Ἑρμότιμε, τὰ ὁδοιπόρηται;* Et hic scilicet locus argumento est, quam immunis sit ab inquinatissimis maculis exquisitae hic elegantiae scriptor. Emenda ὡδοιπόρηται. Melius Grammaticae leges in hoc verbo servatae sunt infra c. 27. *τοῖς γὰρ προωδοιπορηκόσιν, ὦ Λυκῖνε, πιστεύσας* etc. et in Vera Hist. c. 4. ὅτι

δοιπόρουν ἡμῖν παραθέοντες. Eadem tamen spurcities simili in voce occurrit in Lexiphane c. 22. pr. προοδοποίηται pro προωδοποίηται. Ibid. §. 24. pari labe maculatus est ille libellus ab sequioribus editoribus, qui pro προπαρεσκευασμένος dederunt προπαρασκευασμένος. Jens. Bas. 3. vere exhibet legitimam formam ὡδοιπόρηται, et probat adeo satis clare, quam haud parvae iis debeantur gratiae, qui, sicut *Jensius noster*, talibus etiam, quae nonnullis altioris scilicet spiritus hominibus videntur, minutiis animum inter legendum attendentes probis scriptoribus veteribus pristinam suam puritatem et integram venustatem restituere student. De Saltat. c. 2. in ὁμιλητικῶς etiamnum insidet omnibus Edd. et *J. Seagerus* etiam sic repetit mendum in Class. Journ. Vol. XV. pag. 155. Lehm.

Pag. 7. l. 4. Ἀρχὴν — Ἡσίοδος) Hesiodeum cur non videatur, dixi ad Somn. c. 3. Solan. Etiam in marg. Ed. *Junt.* notaverat *Solanus*, falsam hanc esse citationem. Sed et *Seidelius* in Portula L. Gr. aurea p. 8. *Hesiodo* adscribit, non indicato tamen loco. *Erasmus* in adag. *principium dimidium totius*, *Lucianum* in Hermot. id hemistichium ex *Hesiodo* adferre ait; sed et *Aristoteli* et *Platoni* usurpatum indicat. Sed forsan *Lucianum* fefellerit hoc *Hesiodi* Ἔργ. 40. — ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός. Sed. v. nott. ad Somn. §. 3. Reitz.

Ead. l. 7. Πανύπολυ) Placet πάμπολυ. Brod. Sed et hoc jam habent Edd. Reitz.

Ead. l. 14. Ὁμήρου Ζεὺς) Iliad. Δ. Brod. Il. Θ, 18. Conf. supra Deor. Dial. XXI. pr. Solan.

Pag. 8. l. 3. Ὅσῳ) Lege ὅσον, invitis omnibus nostris libris. Solan. Ὅσον Ms. Reg. 2954. Bip.

Ead. l. 11. Παναθήναια) De quibus, et aliis sacris ceremoniis dico copiose σὺν θεῷ alibi. Bourd.

Pag. 9. l. 3. Ἀρετῆς ἄσκησιν) Hoc illud est, quod philosophos omnes exercuit tamdiu, de quo locus alius dicendi, ut et de illo seq. εὐδαιμονίας κτῆσιν Bourd.

Ead. l. 8. Εὐθεῖαν) Etsi εὐθὺ defendi possit, merito tamen hic auscultamus quatuor Mss. et stilum *Nostro* usitatum sequimur. Vid. infra c. 15. Plura exempla in indice forsan apparebunt. Εὐθεῖαν, τραχεῖαν etc. autem, omisso ὁδὸν, et aliis frequens esse, vid. *Bos* de Ellips. p. 107. Nisi hoc nimis vulgare. Reitz.

Ead. l. 11. Ἡμῖν) Sic optime ed. *J.* Reliquae ὑμῖν, quod scio neminem probaturum, qui *Lucianum* attente legerit. Solan. Ὑμῖν) Quantumvis blandiatur *Juntinae* lectio ἡμῖν exhibentis, non tamen eam recipere ausim: quin perlectis prae-

missis, jam vulgatam ὑμῖν praefero. Nam cum Lycini persona supra inducatur, quasi ignara, quam longum et arduum sit iter ad virtutem, non immerito videtur etiam hic dicere, *petram, ubi* vobis *philosophis et heroibus virtus habitare creditur.* Conf. omnino p. 6. a vers. 8. ad p. 7. v. 3. Reitz. Ἡμῖν in *Junt.*, nisi egregie fallor, nihil aliud est, nisi mendum typographicum, quum omnes Edd. vett., in his etiam A. 2., ὑμῖν exhibeant. Attento autem lectori, quem ironica dialogi hujus indoles non fugerit, longe magis ὑμῖν, quam ἡμῖν, probatum iri credo. Paullo inferius c. 5. παπαὶ, exclamat Lycinus, ἡλίκους ἡμᾶς (qui non sumus philosophi) ἀποφαίνεις. Ne autem ibi Hermotimi quoque personam inclusam voci ἡμᾶς cogites, lege sequentia, in quibus ἡμεῖς et ὑμᾶς clarissime separantur, ut jam intelligere nequeam, qui *Solano*, et vero etiam *Reitzio*, improbissima lectio ἡμῖν vel pauxillulum arridere potuerit. Lehm.

Ibid. Τῆς Ἀόρνου ἐκείνης) *Diodor.* L. ιζ. et *Arrian.* γ. Brod. De hoc loco id. Dial. Philipp. et Alex. Arr. *Curt.* alii. Bovrd. *Diodor.* Sic. XVII, 85. *Arrian.* Exp. Alex. p. 191. ed. Gron. et Hist. Ind. p. 319. *Curt.* VIII, 11, 2. sq. Cf. Adnott. ad Diall. Mortt. XIV, 6. Tom. II. p. 578. Lehm.

Ead. l. 15. Μύριοι] *Μυρίοι* accentu mutato scribi voluit *Belinus*, tenax Grammaticorum veterum praecepti, μύριοι definitum indicare numerum decem millium: μυρίοι vero indefinitae magnitudinis numerum. Quod quidem praeceptum etsi a *Luciano* quoque nostro fere observatum esse concedam — scripsit enim, libris consentientibus, *μυρία σφαλεῖς* Charon. c. 13. et μύριοι de decem millibus Graecorum, qui Cyro minori subsidio fuerunt, Diall. Mortt. XIV, 2. et sic, nisi fallor, constanter — tamen cum *Henr. Stephano* facio, qui agnoscens omnino quidem illud discrimen in Thesaur. Gr. L. Tom. II. p. 990. E. hunc tamen locum proxime quidem de definito numero *decem millium* Alexandrorum capit, atque cum libris omnibus, in quibus nulla est variatio, μύριοι legit. Eadem ratione πεντακισμύριοι Pisc. 20. *quinquaginta millia*, proxime quidem de definito numero valet, tandem vero omnino ad ingentem exit. Lehm.

Pag. 10. l. 2. Προσέρχονται) Verti, ac si legatur προσέρχονται, quod verum puto. Gesn. Et mihi ita videtur. Nihilominus, quum alteri lectioni testimonia desint, altera quodammodo etiam, nec inepte, explicari possit, hanc vulgatam tolerare, quam mutare, consultius duxi. Lehm.

Ead. l. 8. Καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου) *Ac deinceps.* Brod.

Ead. l. 9. *Οἷον μύρμηκας*) Atque indignos, qui hominum appellatione nominentur. BROD.

Ead. l. 10. *Τινὰς τοὺς ἄλλους*) Subduxerat *Solanus* pronomen *τινὰς* asteriscoque et numero notaverat, variantem lectionem quaesiturus atque additurus: at non invenit, nec opus est; etsi vel *τινὰς* vel articulus *τοὺς* abesse queat. Sed est pleonasmus usitatus, ut supra Dial. omnium primo, s. Somn. haud longe ab init. *ταχεῖάν τινα τὴν ἐπικουρίαν*, ubi conf. not. *Hemsterh.* Adde, si lubet, *Budaei* Comment. p. 593. f. qui ex *Aristotele* adfert, *Οὐ γάρ ἐστι γένος ἄνθρωπος τῶν τινῶν ἀνθεώπων*· et nos alios ejusmodi articulorum pleonasmos indicantes, ad cap. 26. hujus Dial. REITZ. *Solanum* et *Reitzium* minus haec intellexisse dicit *J. Seagerus* Classic. Journ. Vol. XIII. p. 71. ordinem enim verborum sic esse instituendum: *ἀπὸ τοῦ ὕψους ἐπισκοποῦντες τοὺς ἄλλους* (*ἀνθρώπους* scil.) *οἷον μύρμηκάς τινας*. Recte quidem; et huc redit *Gesneri* versio, nec non recentiores *Belini* et *Wielandii*. Sed nec *Reitzius* longe ab hac ratione aberat, ut ipsa, quae modo praecesserunt, verba ejus declarant; praeterquam quod minus sibi constans vel *τινας* vel articulum *τοὺς* abesse posse affirmat. Quod secus se habere, ostendit ipsa illa *Hemserhusii* adnotatio ad Somn. init., ad quam provocat. Cf. etiam Diall. Mortt. IX, 2. ubi ipse *Hemsterhusius* in simillimis verbis temere *τινα* abesse voluit, ibique Adnot. Tom. II. p. 522. sq. Praeterea neque hoc bene factum, quod *Reitzius* ad fidem aliquot vett. Editionum post *οἷον* comma posuit, quum vox illa cum sequentibus arctissime cohaereat. Eodem modo recentiores, praeter *Seyboldum*, peccarunt. Ceterum in praecedentibus verbis, quae et ipsa usum illum Pronominis *τὶς* cum articulo positi confirmant, *θαυμάσιόν τινα τὸν βίον τὸν λοιπὸν βιοῦντες*, nemo facile quidquam invenerit, in quo haereat. Invenit tamen *Courierius* ad Asin. p. 259., qui pro *τὸν λοιπὸν* legi mallet *τὸ λοιπὸν*, vel *τοῦ λοιποῦ*. Cujus quidem generis exercitationes ingenii quemadmodum non minimi facimus et aequo ferimus animo, ita tamen majoris, quam pro hoc modulo, aestimari, vel adeo scriptoribus ipsis obtrudi, enixe vetamus. Nam integerrimum h. l. est *τὸν λοιπόν*. LEHM.

Ead. l. 11. *Παπαὶ, ὦ Ἑρμότιμε, ἡλίκους ἡμᾶς ἀποφαίνεις, οὐδὲ κατὰ τοὺς Πυγμαίους ἐκείνους, ἀλλὰ χαμαὶ παντάπασιν ἐν χρῷ τῆς γῆς*) Interpres: *Papae, Hermotime, quantulos nos facis, neque cum Pygmaeis nos comparas, sed omnino cum humi repentibus animalibus.* Sed *χαμαὶ ἐν χρῷ τῆς γῆς* num sunt humi repentia animalia? non sic Graeci loquuntur, sed dicendum fuisset *τοὺς χαμαὶ ὄντας*, aut *ῥέποντας* (*ἕρποντας;*) sicut

statim, ὅσοι χαμαὶ ἑρπόμενοι ἐσμέν· sed veram scripturam nobis ostendit Ms. ἀλλὰ χαμαιπετεῖς παντάπασιν ἐν χρῷ τῆς γῆς. In praec. p. 9. non frustra idem Codex, εἰ καὶ μὴ εὐθεῖαν, μηδ' ἀεὶ βαδίζει τις. Sane ἀττικώτερον hoc est, quam vulgatum εὐθύ. Solet enim ὁδὸς in his frequentissime omitti. Sic apud Xenoph. εὐθείας ἐξεστηκέναι, *a recta via aberrare*. Exempla passim obvia, nec tyronibus ignota. GRAEV.

Ead. l. 12. Χαμαὶ etc.) *Homeri* et *Hesiodi* loca, quae primus indicavi, qui non viderit, dubitare hic non mirabor: — ἐπεὶ οὔ ποτε φῦλον ὁμοιον Ἀθανατῶν τε θεῶν, χαμαὶ ἐρχομένων τ' ἀνθρώπων. At nemo, qui contulerit, dubitabit. Χαμαιπετεῖς de tardis avibus usurpatur, quae tamen volantes radunt, ut anseres domestici etc. Vid. Icarom. c. 10. Usurpat etiam *Pindarus* Ol. IX. Genuina et vere Lucianea ea est scriptura, quam secutus sum. Vid. c. 6. Reperitur etiam in M. SOLAN. Quid si legendum est χαμαὶ πατεῖς, *humi conculcas*: quale quid in interpretando jam spectabam, cum nondum de lectione χαμαιπετεῖς mihi innotuisset. GESN. Minime placet χαμαὶ πατεῖς, nec versio hinc repetita. Contra χαμαιπετεῖς quum *Luciano* sit familiarissimum, (vid. Somn. c. 13. Qu. Hist. conscr. c. 16. et saepius) tum quinque Codicum testimoniis certissime confirmatur. LEHM.

Pag. 11. l. 1. Ἐν χρῷ τῆς γῆς) *In superficie terrae*. BROD. Nec fidelis haec, nec vera, interpretatio. Nec multo magis placet *Gesneri* versio: *in ipsa quasi telluris cute*, quippe abhorrens a Latinitatis genio; quod ipse *Gesnerus* sensisse videtur, quum molliendae duritiae caussa inseruerit *quasi*. Recentiores interpretes, *Belinus* et *Wielandius*, et hic plus justo Latinum interpretem secuti, reddiderunt alter: *rentrer sous la croûte de la terre*; alter: *auf der blossen Haut der Mutter Erde herumkriechen*. Imo vero nec *superficiem*, nec *cutem*, neque etiam *crustam* terrae cogitavit auctor, propria scilicet vi sumtam quamque. Sed ἐν χρῷ τῆς γῆς phrasis est illa notissima, quae omnino significat *quam proxime* telluri. An vero in Zeux. c. 6. ἐν χρῷ τῇ μητρὶ προϊστάμενος vertere voles: *in cute matri adsistens*? Cf. Qu. Hist. Conscr. c. 24. Adv. Indoct. c. 8. LEHM.

Ead. l. 2. Καὶ ὅσοι χαμαὶ ἐρχόμενοι) Cum *Opsopoeus* verterit *et quotquot per humum repentes sumus, Benedictus et quotquot per humum repimus*, videntur legisse, quod pater margini adscripsit, ἑρπόμενοι. Sed praeterea, cum Basileenses ediderint μετὰ καὶ τῶν θεῶν ὑμᾶς, existimans in ordine horum quatuor vocabulorum καὶ debere poni primum, non quartum, ut fecerunt *Bourdelotius* et *Benedictus*, putavit reponen-

dum ἡμεῖς δὲ ὁ συρφετὸς καὶ ὥσει χαμαὶ ἑρπόμενοι ἐσμὲν, καὶ μετὰ τῶν θεῶν ὑμᾶς etc. in quo tamen non statuendum contra scriptos libros. Gron. *Hom.* Il. *E*, 442. et *Htsiod.* Theog. 272. Repetit in Icarom. cap. 6. Videtur tamen *Graevius* legisse in suo Cod. M. ἑρπόμενοι, uti etiam legendum conjecerat *Gronovius*. Solan. Omnino ἑρπόμενοι, etiamsi in Cod. *Graev.* legatur, indigna est, quae respiciatur, lectio. Non enim ἕρπεσθαι dicitur *repere*, sed ἕρπειν. Accedit, quod phrasis χαμαὶ ἐρχόμενοι manifesto ex *Homeri* et *Hesiodi* locis laudatis desumta sunt. Quare nec h. l., nec in altero Icarom. c. 6., a lectione vulgari temere recedendum arbitror. Lehm.

Ead. l. 7. Περιβαλεῖν) W. P. et L. In vulg. παραβαλεῖν. Solan. Etsi non satis adfirmare queam, quae vera sit lectio; tamen tribus optimae notae Codicibus obtemperasse, increpabit nemo. Verum *Anonymus* quidam margini ed. *Hagen.* in qua aeque ac ceteris legebatur παραβαλεῖν, adleverat παραλαβεῖν, quod melius profecto. Ex manu autem conjicio, fuisse *Joannem Bellagrium*, qui nomen fronti hujus libri inscripserat. Reitz. Παραβαλεῖν retinendum puto et propter auctoritatem vulgatae lectionis, et quod sensum parit commodissimum. *Multum* et *parum* quid sit, non potest commodius declarari, quam comparatione temporis. Gesn. Reposuimus lectionem Edd. vett. Sic Dial. Mort. XIV. fin. ὃς Ἡρακλεῖ καὶ Διονύσῳ παραβάλλεις σεαυτόν· infr. Hermot. c. 58. καὶ παραβάλλων καὶ ἀντεξετάζων τοὺς οἴνους· Quom. Hist. c. 2. ὡς οὖν ἦν, φασὶν, ἑνὶ παραβαλεῖν· et saepius alibi. Vid. Ind. Bip.

Ead. l. 13. Περὶ μεγίστων) Ἀγαθῶν. Brod.

Pag. 12. l. 2. Χαλδαίων μεθόδους) Vide *Gell.* XIV, 2. (c. 1) Vorst. Saepius in his libris occurrunt *Chaldaei*, *Luciani* aetate jam non amplius populus ille Asiae antiquitus celeberrimus, sed gens potius, vel secta, ex omnibus tum terrarum regionibus conflata; qui quum olim fuissent Astronomiae inventores et cultores, (Schol. ad De Astrol. c. 3.) postea ad varias artes tum astrologicas, tum magicas, profitendas declinarunt. Unde Chaldaeorum disciplina, de qua *Gellius* agit l. l. et quae hoc *Luciani* loco innuitur; unde Χαλδαίων παῖδες Diall. Mortt. XI, 1. eorundemque τέχνη. Necyom. c. 6. et variae ἐπῳδαὶ Philops. c. 11. sq. Lehm.

Ead. l. 6. Τὸ χρεὼν ἐπιστὰν) *Fatum imminens*. Brod.

Ead. l. 12. Ἀναριαῖον) Vid. rurs. c. 62. Solan.

Pag. 13. l. 7. Τῇ ἀρετῇ βίον) Post verba haec scribe *AT*. Brod. Excidit persona *Δυκίνου*. Scilicet fuisse: πρὸς τὸν

ἐν τῇ ἀρετῇ βίον. *AT.* ἀλλὰ τίνα. MARCIL. Vid. Varr. Lectt. LEHM.

Ead. l. 12. *Πλούτους*) Conf. supr. Necyom. c. 12. SOLAN. Et nos de plurali illo rariore mox infra, hoc Dial. c. 9. REITZ.

Pag. 14. l. 1. *Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ κατακαυθέντα*) Quod supra narravit in Deor. D. *Jovis*, *Aesculapii* et *Herculis*. Vulgo autem credi solitum homines igne purgari, defunctosque igne, quo cremabantur, expurgari, atque ad Deos transire vide pluribus probantem *Jac. Elsner.* ad I. Ep. ad *Corinth.* III 15. REITZ. Fictionem Homericam de duplici Herculis tum natura, tum persona, i. e. heroica, jocosissime perstringi idem *Noster* Diall. Mortt. XVI. LEHM.

Ead. l. 4. *Διευκρινηθὲν*) *Munckerus* ad *Hyg.* XXXVI emendare jubet, ac legere *εὐκρινηθείς* (imo *διευκρινηθείς*) sed nulla medicina eget locus sanissimus. SOLAN. Tentavi tamen denuo *Belinus*, *διευκρινηθεὶς* corrigere cupiens, quod ad Herculem ipsum referretur. Sed optime habet vulgata Transpositio haec verborum est ex eo genere, quod omnium facillime ferri potest. De Hercule autem Oeteo, ejusque mortalitate in monte isto exuta, exposuere Commentatores ad *Hygini* l. l. *Ἄρκατον*, quod *Toupius* ad *Longin.* p. 275 ed. Weisk. pro *ἀκήρατον* substitui vult, *Plutarchi* verba in Vit. Pericl. *νοῦν ἐπέστησε καθαρὸν καὶ ἄκρατον* respicienti, minime probo, etsi *J. Seagerus* Class. Journ. Vol. XIII. p. 71 probare videtur. Alia potius loca, quae haud pauca ipse *Toupius* enumerat, respicienda erant, ex quorum certa lectione pateret, *καθαρὸν* et *ἀκήρατον* cum per se, tum imprimis h. l., bene conjungi potuisse. Vocem autem *ἀκήρατος* ipsam illustravit *Fischerus* in Ind. ad *Aeschin.* SOCR. LEHM.

Ead. l. 9. *Τῶν οἰομένων ταῦτ' εἶναι*] His verbi quales describantur homines, omnino quidem haud difficulter conjicias. Sed de ipsorum verborum sensu et integritate est, quod ambigas. Quodsi interpretes audiamus, *Gesnerus* qui vertit: *eos, qui esse aliquid ista arbitrantur*, cogitasse videtur *τῶν οἰομένων ταῦτά τι*, vel *τὶ ταῦτα, εἶναι*, quemadmodum *Heins.* et *J. Seager.* corrigi volunt, et hic quidem phrasin *τὶ εἶναι* illustrans loco *Platonis* Apol. Socr. p. 14. ed. Valder. a. 1534., quasi haec phrasis nec omnino nota, neque etiam in *Luciano* saepius sit obvia. *Gesnerum* et *Wielandi* fere secutus est. At si quid excidit, non *τὶ* illud fuisse credo, cui h. l. non ea vis insit, quae ab his gravibus verbis exspectatur, sed aut *θαυμαστὰ*, quod e praecedentibus huc refero, aut *βέβαια*, ut alibi de eadem re loquitur *Lucianus*

g. Nigr. c. 20. Diall. Mortt. XIII, 4. aut aliud ejus potestatis adverbium. Sed *Belinus*, reddens: *ceux qui croient que ces choses existent*, ne minimam quidem lacunam supposuit; ec omnino temere. Quid, si ita verba sumas: *qui sibi videntur haec esse? haec*, i. e. *felices, divites* etc. quae e praecedenbus Substantivis erui poterunt. Verum nolo quidquam disernere. Lehm.

Pag. 15. l. 8. Ἂν δουλεύῃ) Lege δουλεύοι. Guyet. Non male quidem *Guyetus* conjicit; et sic rursum infra cap. 18. f. πάθῃς in μάθοις mutat; item cap. 22. ἂν εἴδῃς in εἴδοις, ac non semel alibi: verum quo frequentius id fit, eo jam minus necessarium arbitror, quia subjunctivus sese tot exemplis ueri potest. Reitz. Commemorata quidem exempla nihil valent ad soloecismum tuendum, quippe quae nec ipsa librariorum culpa vacant, ut patebit suis locis. H. l. eo minus *Guyetum* sequi dubitabam, quum vitii vulgati foeditas etiam manifestior reddatur sequentibus Optativis. Praeterea vel ipsa Codicis 2954. varia lectio δουλεύσῃ quodammodo suspicionem improbitatis movere poterat contra vulgatam. Lehm.

Ead. l. 4. Πάθος) Stoici, teste *Aristot.* II. Eth. ἀπαθείας νὰς καὶ ἠρεμίας τὰς ἀρετὰς definiebant. Vorst.

Ead. l. 6. Ἀλλ' εὐφημεῖν χρὴ) *Bona verba.* Sunt verba olemnis hujus formulae σίγα πᾶς ἔστω λεώς, εὐφημεῖν χρή· de ua copiose *Scal.* ad *Varr.* p. 94. Leg. Schol. *Sophoclis* ad Oedip. Col. et ad Philoct. Dico alibi. Bouad.

Ibid. Μηδ' ὅσιον οἶμαι) In P. et Edd. multis est, οἶμαι, μηδ' ὅσιον εἶναι. In W. etiam, nisi quod pro εἶναι habet ᾖ. l. ᾖ. Ed. *J. el.* Omnes prave. Ego itaque levi hac transpositione locum sanasse mihi videor. Nihil enim jam relicum est, quod negotium facessat, facileque illud εἶναι pro οἶμαι scriptum fuerit, quod necessarium cum esset, alibi inertum est, et pro εἶναι quidvis ab imperitis positum. Solan. Non opus est transpositione verborum, quam *Solanus* iadet; quamquam vulgata positio non omnino cum concinitatis lege convenit; at convenit saltem cum pudoris, quem mulat auctor, affectu: et facile post εἶναι iterum οἶμαι mens cogitari potest. Simile animatae, h. e. ob simulatum affectum animi male concinnae, orationis exemplum videbis a Apollinis indignantis ac simul dolentis narratione Diall. Deor. XIV, 2. ad quem locum nonnulla de ea re observata unt Tom. II. p. 334.

Pag. 16. l. 1. Ἐκηλούμην πρὸς τὸν λόγον) Sic in Nigrino t saepe alibi: pagina 281. et seq. Repetit in Lapith. Bouad.

Ibid. *Πλούτου*) Cum ad Parisinum exemplar describ tur haec editio, idque hic habeat *πλούτων ἔφησθα καταφρονι* hoc ipsum editum fuisset, nisi prius reliquas Edd. cons luissem, ex quibus nihil variationis notaverat *Solanus*. Ev vi itaque alias Editt. sex, easque *πλούτου* habere deprehe di, non *πλούτων*, et sic supra cap. 8. *πλούτου — καὶ ἥδοι καταγελῶντας* ipsa etiam habet Parisina. Alioqui non m *πλούτων* huc quadraret; sed quia utrumque rectum, non i sus sum uni editioni prae omnibus auscultare. Nec tam pluralem *πλοῦτοι* pro *divitiis* usquam alibi invenio, ne in l clesiasticis quidem scriptoribus, ex quibus centena singu ris exempla habet *Suicerus* in Thes. Et sic etiam plurali χ *μάτων* tamen singul. *πλούτου* addit *Aristot.* Pol. I. c. 6. s bens, *ποιητικὴ γὰρ εἶναι τοῦ πλούτου καὶ χρημάτων* ibid. p lo post, *πλοῦτος καὶ χρημάτων κτῆσις*. Mox rursus, non *πλούτου* etc. ubi commode pluralem potuisset adhibere, s fuisset usitatus. Tum vero plurali recte utaris, si quae num duo sint *Pluti?* vel an differat *Plutus* a *Plutone*, qui esset inferorum, alter praeses divitiarum, vel ipsae opes, videtur *Noster* distinguere in Timon. c. 21. ubi PLUTUS *se non suis ingredi pedibus, sed a* PLUTONE *mitti*, de disputat *Spanh.* ad *Aristoph.* Plut. 727. Sed vel per jo ibi sic loquitur *Lucianus*, vel verum, quod *Barlaeus* ibi tat, etsi *Plutus* a *Plutone* diversus sit apud poëtas, utrum tamen divitias largiri creditum. Verum *Barlaei* notas E *sterh.* ibi non addidit, nec nos jam de *Pluto* re nimis plura disputabimus. Quisque enim facile intelligit, si *τοδότης* vocatur *Pluto*, et *Plutus* opes designat, recte Plutum a Plutone mitti. Etsi enim *Plutus* modo Deum, do divitias significet, *Plutonis* adpellatio tamen non ita miscua est, quin ea Deum fere tantum significet, (et semel iterumque confundatur aliquod nomen, inde ts non sequitur, omnem differentiam sublatam.) Interim ralem *πλούτων* hoc loco recte legi posse credo, quia *Ly* ait: tu, Hermotime, mihi narrabas modo, *divitiarum* co *tores esse philosophos;* cumque ipse Hermotimus, ad cujus ba respicitur, supra c. 7. etiam plurali usus sit, et hic mode eodem numero repetentur *πλοῦτοι*, veluti et in Nec cap. 12. *πλούτοις τε καὶ ἀρχαῖς* iterum ibid. *πλούτους καὶ γένη*. Philosophicum enim esse videtur, similia pl num. usurpare, quae alias vix habent pluralem; ut alib tendimus. Sed et *Xenoph. Ephes.* pag. 32. *πλούτων καὶ λείας*. Adde *Diodor. Sic.* I, 71. f. *καὶ μεγίστους πλούτους* et *Nostrum* Tox. c. 45. REITZ.

Ead. l. 8. *Ἐς τὸ ὕστατον*) *Valde.* Brod.

Ead. l. 13. *Δίων*) Fuit et illius nominis insignis Sophista; sed is diu ante hunc vixit. Conf. haec potius cum Lexiph. ubi de profligatissimo illius nominis homine etiam mentio fit. Hunc ego suspicor Sophistam etiam fuisse. Sol.an. Qui Dionis istius in Lexiph. c. 11. sq. depictam imaginem foedissimam cum hujus nostri Dionis effigie accurate comparaverit, eum credo facilius etiam Dionem illum Syracusanum, vel etiam Chrysostomum, quam eum, qui in Lexiph. notatur, Damasiae athletae filium eundem esse habiturum cum hoc nostro philosophiae cultore. Frustra talia quaeras, ubi apertum ficta esse nomina. Lehm.

Pag. 17. l. 1. *Ἀπεδίδου*) Qui nescit, hoc verbum proprium esse mercedi solvendae, et saepissime cum substant. *μισθὸς* jungi, adeat *Jac. Elsner.* ad Evang. *Matth.* XX, 8. ubi *ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν* ex *Achill. Tat. Aristoph. Aelian.* et hoc *Lucianeo* testimonio probatur. Reitz.

Ibid. Παρὰ) In impressis legitur *περὶ*, haud dubie corrupte. M. P. et L. recte *παρά*. Sol.an.

Ead. l. 7. *EPM. Πονηρὸς*) Omissum *non mirum*, aut simile quid, qua ratione et Romanos uti suo *nam* vel *enim*, osdimus ad *Quintil.* 2, 11, 7. Transferamus hoc etiam ad ild, quod mox sequitur, *οἶει γὰρ ὅτι ἑαυτοῦ χάριν κ. τ. λ.* oc enim vult, *Non mirum te ita interrogare*, vel *sentio cur ita terroges* etc. Nempe cum frequens admodum sit id genus ipsis, malim eam hic quoque adhibere, quam varias adeo rticulae *γὰρ* significationes tribuere. Hoc semel observa- ad plures interpretationis nostrae locos pertinere vide-, qui volet attendere. Gesn.

Ead. l. 10. *Ἀποδιδόασι γὰρ αὐτῷ κατὰ καιρὸν τοὺς τόκους. κ. τί δὲ, ἂν μὴ ἀποδιδῶσιν*) An non videtur mutanda per-, et Luciani nomen praeponendum his omnibus? Certe acior erit lusus; quasi, cum Hermotimus excusaret eum, d nihil adversus alios saevum statueret, respondeat Lu- *ridens*, id videlicet mirum non esse, quia illi obeant oenore solvendo constitutum tempus: tum pergit in ea- *persona.* Quid autem? an sic futurus esset, si non da-? Gron. Ad hanc, nisi fallor, adnotationem respi-, bene *Seyboldus* rem explicat his verbis: „Lycinus sirat se credere: Dionem in jus raptum esse ob didactrum. Hermotimus sponte prodit: factum esse ob non numeratempori *usuram*, et, magnum illum philosophum, supra jam exaltatum, foenerari etiam multis aliis.“ Ceterum it *Schmiederus*, quod opinionem illam de permutandis

personis, quae *Jacobi Gronovii* fuit, *Matthiae Gesnero* tribuit Lehm.

Ibid. Κατὰ καιρὸν) *Κατὰ καιρὸν* fieri quid Graece dicitur, quod fit statuto, opportuno tempore, quo nec serius nec citius fieri debebat. *Lacrt.* Platone: *Παρέδωκε δὲ αὐτὸν Πόλιδι Λακεδαιμονίῳ, κατὰ καιρὸν διὰ πρεσβείαν ἀφιγμένῳ Tradidit ipsum* (Platonem) *Polidi Lacedaemonio, qui opportune legatus ad se venerat.* Etiam *εἰς καιρὸν* dicunt. Alexis, *εἰς καιρὸν ἥκεις. Aristoph.* in Pluto pro eo *ὡρικῶς* dixit, quod Scholiastes interpretatur *κατὰ καιρόν.* Haec *L. Bos* in Epist. ad Rom. c. 5, 6. (p. 105.) ubi et *κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε·* quem adeundum esse, in marg. *Graev.* edit. notaverat *Hemsterhusius.*

Ead. l. 13. *Ἐν τῇ Οἴτῃ*) Vid. supra cap. 7. med. Reitz.

Pag. 18. h 10. *Ἐκεχ.*) *Ὅτι δεῖ τὰς χεῖρας ἀπέχειν τῶν ἔργων.* Copiose hac de re Schol. *Aristoph.* ad pac. *Hesych.* Bourd.

Ead. l. 11. *Ὥστε ἐγὼ ἀφίημι*) Verba ista, *ὥστε ἐγὼ ἀφίημί σοι ὅσον ἔτι λοιπὸν τῆς ὁδοῦ*, misere conversa erant ab *Oporopoeo:* reddiderat enim: *itaque quod reliquum est itineris tecum una conficiam;* sed correxit *Benedictus*, vertens, *quare ego tibi quod viae reliquum est, remitto.* Reitz.

Ead. l. 15. *Μεγάλοις γράμμασι*) *Theod. Marcilius* ad *Pers.* Dico ad *Heliod.* Bourd.

Ibid. Οὐ συμφιλοσοφεῖν) Infinitivus quidem loco imperativi frequentissime usurpatur; vid. fratris *G. O. Reitzii* Belg. Graeciss. p. 386. Verum hic non adeo imperandi vim habet ille infinitivus, sed publicandi; alioqui potius *μὴ* praemisisset, quam *οὐ.* Varia autem verba post ejusmodi infinitivos posse suppleri, modo *θέλει*, modo *δεῖ*, modo *προσήκει*, vid. ibid. Ego hic *ἐστὶ* supplendum arbitror, ut sit, *hodie non est philosophari, i. e. non possum:* tumque punctum minus pono post *λέγον.* Si vero infinitiv. pendet a *λέγον*, ut versio vult, comma sufficiet. Reitz.

Ead. l. 16. *Εὐχράτει*) Male antea *εὐχρέσει.* Bourd. De quo etiam multa in Philops. Forsan etiam de eodem in Gallo. Sed is mihi alius *Eucrates* videtur. Si tamen idem statuendus sit, inde colligere licebit nomen Stoici illius, quem audiebat Hermotimus: *Thesmopolis* enim illic memoratur deportatus senex, Micyllo odiose virtutem et dialecticas subtilitates obganniens, de quo diserte in De Merc. Cond. c. 33. et 34. Alius Eucrates memoratur Dial. Plut. et Merc. seu Dial. Mortt. V. Solan. Jure suo *Wielandius* in nota ad vers. Germ. Tom. V. p. 17. sq. inanem ac vere puerilem *Solani* cu-

riositatem, nomen Eucratis, aliaque per hunc dialogum obvia, tenuiter investigandi, castigat et perstringit. Cf. quae supra notavi cap. 9. ad nomen *Dionis*. Quam variam lectionem *Bourdelotius* refert a se emendatam, *εὐκρέσει*, eam in B. 3., qua, ni fallor, Editor ille usus est, reperi *Εὐκράσει* exhibitam. Ceterae vero veteres recte edunt *Εὐκράτει*. Recte etiam monuit *Wielandius* l. c. hoc Eucratis, haud dubie viri cujusdam nobilis Atheniensis, convivium admodum simili indole fuisse cum eo, quod idem Noster pluribus verbis in peculiari libello: *Convivium, s. Lapithae*, descripserit. Eximie denique, nec sane immerito, *Wielandius* salsam ac mire festivam ironiam praedicat, qua *Lucianus* per hanc narratiunculam mollire et excusare aliquantulum sese simulet vetuli philosophi crassissima et omni ex parte turpissima vitia. Hic unguis est, ex quo leonem agnoscas. LEHM.

Pag. 19. l. 3. *Οὖν*) P. et L. pro *αὖ*, quod in reliquis est. SOLAN.

Ead. l. 7. *Φιλοτησίας*) Confer supra de Merc. cond. cap. 16. SOLAN.

Ead. l. 9. *Ἀριθμῷ παραλ. τὰ κρέα*) Hic adhuc mos usurpatur a Theologis Parisiensibus in solemnibus initiandorum conviviis. *Longolius* in Excerpt. Apud *Theophr.* de Eth. Char. *Περὶ ἀναισχυντίας. Προσκαλεσάμενος τὸν ἀκόλουθον, δοῦναι ἀπὸ τῆς τραπέζης. Athen.* init. IV. Vid. *Casaub.* ad *Theophr.* pag. 219. SOLAN.

Pag. 20. l. 3. *Τὰ μὲν πρῶτα φασὶν*] Hanc ultimam vocem sic verterunt *Belinus* et *Wielandius*, ac si scripsisset auctor *φησίν*. *Gesnerus* prorsus omisit. Est autem *φασὶν* tum hoc, tum id, quod mox sequitur, non unice ac proxime ad Midam servum referendum, sed ad discipulos quoque philosophi, quibus Midas docti illius certaminis rationem, viam et exitum narraverat. Quod quidem ideo monendum duco, ne quis existimet, *φασὶν* poni posse, vel h. l. vere positum esse, pro *φησὶν*, uti vice versa fuere, qui *φησὶ* nonnunquam pro *φασὶ* usurpatum fuisse serio contenderent. De quibus iam alibi dictum (ad Pro Merc. Cond. c. 1.). LEHM.

Ead. l. 6. *Οὐδ' ἀναιμωτὶ*) Ut in Tim. et passim alibi. BOURD.

Ead. l. 9. *Σκ. Νεστόρειόν τινα*) *Capacissimum.* Il. *Λ.* BROD. Talis rixa in Lapith. et apud *Heliod.* lib. 5. de scypho Nestoreo. Interp. *Martialis* ex Iliad. 11. BOURD. *Δέπας ἀμφικύπελλον*, de quo *Homerus* et *Aristoteles* de apibus. *Martialis* VIII, 6. apud nos:

Hic duo longaevo censentur Nestore fundi,

Pollice de Pylio trita columna nitet.
(vulgo pro *columna*, *columba* legitur ap. *Martial.*) Longe Poculum Nestoris describit *Homerus* Il. *Λ*, 635. Respic autem *Noster* hos praecipue duos versus:

Ἄλλος μὲν μογέων ἀποκινήσασκε τραπέζης
Ἰλεῖον ἐόν. Νέστωρ δ' ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρεν.

SOLAN.

Ead. l. 15. *Ἀόργητον, καὶ θυμοῦ κρείττονα*) Satis vulg ria erant, quae supra §. 10. ad v. *καιρὸν* ex *L. Bos* attulim Melius merentur addi, quae idem ad haec *Luciani* verba co mentatur, in Epist. ad Rom. p. 97. s. ad cap. 2, 8. ubi a Differt proprie *θυμὸς* ab *ὀργή*. *Θυμὸς est fervor sanguinis, circa cor movetur: ira nascens.* Schol. *Aristoph.* ad Ran. p. 2 *Θυμός ἐστι ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος, ὅ᾽ ὄρεξιν ἀντίνο σεως κινουμένου, ἡ ὀργὴ ἐναρχομένη.* Sic fere etiam *Laërt* in Zenone. Unde Aegyptii *θυμὸν* hieroglyphice insinuab per focum ardentem corde desuper impendente. Non m *Eustath.* ad Iliad. *A. θυμὸν* deducit *ἀπὸ τοῦ θύειν*, i. e. *ὁρμ subito commoveri*, vel *furere*. *Cic. θυμὸν* vertit *excandescentia* Tusc. IV. *Excandescentia*, inquit, *est ira nascens.* *Ὀργὴ* v *est libido ulciscendi et puniendi eum, qui laesisse videtur injur Ὀργή ἐστιν ἐπιθυμία τιμωρίας τῶν ἠδικηκέναι δοκούντων*, idem *Schol.* et *Laërt.* locis dictis. Unde *Eustathius ὀργὴν τοῦ ὀρέγειν*, i. e. *concupiscere*, dictam putat, quia nihil al est ira, quam appetitus vindictae. Quando igitur haec d vocabula *ὀργὴ καὶ θυμὸς* junguntur in oratione, redde sunt, *ira et excandescentia*: non *iracundia* et *animus*, que admodum est apud interpretem *Luciani* in Hermot. h. l. q is reddit, *Virum senem exasperabat, alienum ab iracundia, a moque potiorem.* (Paris. *animoque longe praestantiorem.*) R tius posuisset — *senem ab omni ira atque excandescentia p alienum*, i. e. senem, qui non tantum irae, verum etiam excandescentiae, irae nascenti resistere potest, ab ea se ci non sinit. Alia phrasi diceretur, *Οὔ μηδ᾽ ὀργὴ μηδὲ θ καθίκεται.* Sic fere *Lucian.* in Reviviscent. c. 8. pr. — *ὀργὴ Πλάτωνος ἢ Χρυσίππου — καθίκοιτο ἄν*, i. e. *iram tangere Platonem vel Chrysip.* vel *nunquam putaveram, phi phum iratum posse fieri.* q. d. Credidi semper philosophos affectu esse liberos. Non intellexit vim phraseos inter vertens, *Ego vero me nunquam in Platonis, vel Chrysipp iram incidere existimassem.* Similiter *Lucian.* Bacch. c. 2 *θρωπον ὀργίλον καὶ θυμικὸν* legimus. Haec ille. *Κρείττων* te frequentissime signif. eum, qui vincit, superior est; uti *ἥττων*, qui vincitur: et quidem vel primitiva haec

ignificatio, cum a κράτος robur derivetur, et sic (sit) κρατεῖν *tenere, in potestate habere.* Sic inquam *Noster* supra, de lerc. cond. §. 19. f. κρείττονας χρημάτων eruditos vocat, *pe-nia superiores.* Nec non *Thucyd.* II, 60. χρημάτων κρείσσων, *ecunia invictus.* Ita fere κρείττων λόγος, de quo supra egi-us. Et sic *Noster* paullo supra pr. cap. 12. ἐκράτησε δὲ πότερος; *Uter vero discessit superior?* Reitz.

Pag. 21. l. 2. Τί οὖ διηγῇ μοι ἑταίρῳ ὄντι, ὃν τρόπον ὡρμήθης τὸ πρῶτον φιλοσοφεῖν, ὡς καὶ αὐτὸς εἰ δυνατὸν, ἐπισυνοδοιπορίην ὑμῖν, τὸ ἀπὸ τοῦ δὲ ἀρξάμενος) Monstrosum verbum συνοδοιπορίην potueruntne tam diu tolerare editores? In osterum ex Ms. scribe et distingue: ὡς καὶ αὐτὸς, εἰ δυνατὸν ν, συνοδοιπορίην ὑμῖν τοιαπορεῖν δὲ ἀρξάμενος, ut *et ipse, si iam nunc fieri possit, vobiscum iter capiam, inde initium fa-mus,* unde scilicet vos coepistis. Graev. Insolita quidem ngata ἐπισυνοδοιπορίην, et eo forsan nomine damnanda. nia tamen apta videbatur significare, *longo quamvis inter-llo sequi,* et sic, *quasi una iter facere,* retinere volebam. unc autem auctoritati Codd. Mss. G. W. P. et L. cedo, in ibus omnibus legitur ἔτι συνοδ. Solan.

Ead. l. 6. Εἰ γὰρ ἐβελήσειας, ὦ Λυκῖνε) *Opsopoeus, si do haec res tibi cordi esset. Benedictus, si modo velis, Lu-ne.* Imo, *utinam velles, Luciane!* Nam et paullo ante, Εἰ γένοιτο καὶ ἀνελθεῖν, ὦ Λυκῖνε. Gron. Cf. ad Prometh. Cauc. c. 20. Varr. Lectt. Tom. I. p. 140. Lehm.

Ead. l. 7. Παῖδας) *Rudes atque imperitos.* Brod. Fami-is Luciano est formula, παῖδα εἶναι ἔν τινι τέχνῃ, de *im-ia* capienda. Hinc et ἀποφαίνειν τινὰ παῖδα ἔν τινι de eo, singularem peritiam in aliquo negotio consecutus est, ut quicunque prae ipso *pueri* esse videantur. Hipp. c. 3. ἐν αἰδας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπέφηνεν. Pseudol. c. 2. οὕτω σύ γε ας ἀπέφηνας ἐν πάσῃ βδελυρίᾳ. De Mort. Peregr. c. 11. ρητὴ παῖδας αὐτοὺς ἀπέφηνε. Hanc phrasin jam *Belinus* et ro loco insinuari cupit, corrigens: παῖδας, εὖ ἴσθι, ἀπο-εῖς ἅπαντας. Ut autem intelligatur, qua ratione οἰήσῃ ποφανεῖς exsistere potuerit, fingit *Belinus* Scholion τοῦ, *ανεῖς exstitisse ποιήσῃ* (imo *ποιήσεις*) et hoc, amisso ca-suo, ab imprudente librario sub forma οἰήσῃ in textum um esse. At sic mirum profecto in modum accidit, ut scilicet lectio haud malum sensum praeberet; quam-id quodammodo *Belinus* negat, scribens: „Il me sem-ue οἰήσῃ ne convient point du tout ici. *Tu penseras que es autres ne sont que des enfans.* Ce n'est sûrement pas là nsée de Lucien; ce n'est point sa forme ordinaire."

Verte, ut vertit fere *Gesnerus*: *Pueros, mihi crede, habe omnes, tecum si compares;* et jam confer locum Alexandr. c. ubi, postquam scripserat auctor, Alexandrum se Pythago similem esse praedicasse, addit: *εἰ δὲ κατὰ τοῦτον ἐγεγένη παῖς ἂν, εὖ οἶδα, ὅτι πρὸς αὐτὸν εἶναι ἔδοξε.* Sic in utroq loco elegantissimam conspicies fastus philosophici imagine lectissimis coloribus expressam. LEHM.

Ead. l. 8. *Ὡς πρὸς σὲ*) *Si tecum conferantur.* BROD.

Ibid. Αὐτὸς) Nihil hic variare Edd. notaverat *Solan* Forsan quia *αὐτοὺς* vel *αὐτοῖς* invenire maluerit. Sed n opus est; nam vel efficacior hic nominativus, ut signifi tur: *tantum prae illis sapies ipse*, i. e. ipse tibi videb REITZ.

Ead. l. 12. *Τετταρακοντούτης*) Si istud de aetate Luci dictum, cum iis, quae initio hujus libelli de tempore di sunt, quo Hermotimum itare ad philosophos viderat, confe tur, constabit jam, qua aetate Lucianus in Graeciam prim venerit, anno nempe aetatis circiter vigesimo. At vero rum illud juvabit, nisi in hoc etiam opusculo criterium quod temporis, quo scriptum est, inveniatur; quale nond perspicere valeo. SOLAN.

Ead. l. 14. *Τοιαῦτα γὰρ*) *Τοιαῦτα γοῦν, ὦ Ἑρμ.* MARC

Pag. 22. l. 4. *Οὕτω μάθῃς*) *Μάθοις Guyetus* vult legi, ne quidem; sed nihil ego in vulgata muto: vide, quae p cis dixi supra ad cap. 8. hujus Dial. v. *δουλεύῃ*. REITZ.

Pag. 23. l. 4. *Τῷ ποτε πιστεύσας*) *Cuinam habita* BROD.

Ead. l. 5. *Τὸ πρῶτον σὺ*) Mihi non fit probabile, ca gatum et diligentem, si quis alius, scriptorem bis posu *τὸ πρῶτον σὺ*, ac statim *παρεὶς σὺ τὰς ἄλλας*, itaque alterut *σὺ* librariorum liberalitati deberi arbitror, posterius prae tim, quod proinde omittendum. GESN. Superfluum qui per se alterutrum *σὺ* esse, negari non potest. Verum solum excusationem habet alterum post *παρεὶς* positum aliquantum intervalli interjectum, sed etiam, si recte tio, commendationem, quandoquidem sic plenior, cr ac rotundior, redditur verborum sonus. LEHM.

Ead. l. 9. *Τῶν δ' ἄλλων*) Intellige *ὁδῶν*. BROD. P *θυρῶν* ex antecedd. LEHM.

Ead. l. 10. *Δὴ*) Ita edidimus, auctoritatem Ms. 3011. secuti, quocum faciunt Edd. *H. B.* 4. et *S.* Vulg. *δέ*. BIP. Nusquam *δὲ* inveni, nisi in Edit. *Reitz. Δὴ* B. 1. 8. A. 1. 2. exhibent. Typographicum mendum unde recepisse videtur *Reitzius*. LEHM.

Ead. l. 12. Ἐπὲρ τοὺς πολλοὺς) *Supra vulgus.* Brod.

Ead. l. 13. Καὶ κατὰ τὸν νῦν ἐμὲ) *Et is atque nunc sum.* Brod.

Pag. 24. l. 2. Ὑμετέρων προγόνων) Τῶν Στωϊκῶν δηλονό- Brod. *Nostri majores* tamen *Obsopoei* versio in ed. Paris. ibebat, etsi ὑμετέρων in Graeco contextu exhibebat. In medict. autem, *vestrorum majorum.* Reitz.

Ead. l. 4. Ἅπερ προὴρησαι,) *Quae delegisti.* Brod.

Ead. l. 5. Ὥσπερ τὸν Χαιρεφῶντα) Consule *Platonem* in ocratis Apolog. Brod.

Ead. l. 7. Προεῖπών) Sic lego, non ut in omnibus, et ipso M. προειπών. Qui Graece sciunt, probabunt, sat io, emendationem nostram. Solan. Emendationem *Sola-* confirmat Ms. Reg. 3011. Bip. Et *Belino* probatam rece- t *Schmiederus;* sed injuria: nam προεῖπεῖν huic scriptori nper est: *alloqui aliquem coram, pronuntiato nomine, atque eo salutare* (vid. Nigr. c. 2. Diall. Deor. XX, 6. XXVI, 1. all. Mortt. XXIX, 1.) quae verbi potestas propria et so- inis qua ratione cum Pythii Dei responso conciliari possit, lerit jam ipse *Solanus,* qnamquam ille Graece haud me- iocriter sciens, nec omnino invita Minerva natus. Contra εῖπεῖν de oraculis proprie dicitur, ut Diall. Mortt. III, ubi cum προειδέναι conjungitur. De Apolline etiam ipso r. Trag. c. 30. Ergo h. l. τοὺς Στωϊκοὺς ἀρίστους προειπὼν il est, nisi hoc; *praedictis, praefinitis* Stoicis praestan- imis omnium philosophorum esse. Infelici itaque casu idit, ut deterior lectio, quam bonus alias judex praestan- rem judicasset, postea Codicis cujusdam auctoritate con- iari videretur. Quae res monet, ne incautius in recipien- Codicum lectionibus, vel novitate earum allectus, vel na auctoritate captus, agere cupias. Lehm.

Ead. l. 8. Τὴν ἁρμόττουσαν) ὁδόν. Brod. Quidni vero σοφίαν; quae proxime legebatur. Lehm.

Pag. 25. l. 17. Μόνος βασιλεὺς)

Ad summam, sapiens uno minor est Jove, dives,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.

(Ep. I, 1, 107.) Vorst. Cf. Vit. Auct. c. 10. Lehm.

Pag. 26. l. 2. Αὐτῶν) Rescripsimus pro vulg. αὐτῶν, ju- e *Belino.* Item p. 34. l. 8. αὐτοῦ pro αὐτοῦ. Bip. Neuter s emendatione indigebat, nisi et alia vere innumera loca anc normam corrigenda putes contra librorum omnium ensum. Τὰ αὐτῶν non simpliciter sunt *res suae,* sed *ipsorum.* Vid. supra ad cap. 3. Varr. Lectt. nott. °). et Lehm.

Ead. l. 4. *Οἱ μὲν δὴ ἀντίδοξοι*) Omnes priscae Edd. *A. J. H. B.* 2. Fl. *F.* Par. S. quas hic dedita opera consului, ha ita habent: *Οἱ μὲν δὴ ἀντίδοξοι οὐκ ἔλεγον, ὡς τὸ εἰκός· οὗτ δὲ ἦσαν οἱ τὰ ἄλλα φιλοσοφοῦντες.* Immo et Cod. M. eade exhibere, testatur *Solanus*, qui tamen posteriora illa, *οὗτ δὲ ἦσαν οἱ τ. α. φ.* in *Junt.* deleverat, nimirum olfaciens glo sam esse: idem et mihi videtur; nam quid aliud sunt, qua explicatio verbi *ἀντίδοξοι*; Interim, quia non adfertur C dex, in quo desint, ea ita contextu addere tutius duxi; u ut suspecta uncis inclusi: Reitz. Manifestum est, alie haec esse a Lycini oratione, atque adeo glossatori cuida deberi. Recte itaque, *Reitzii* exemplum secuti, recentior Editores ad unum omnes haec verba pro suspectis notarun *Wielandius* etiam prorsus omisit, secus ac *Belinus*, qui, e persuasum habens improba esse, tamen absurde ea redder quam prorsus abjicere, maluit. Abjectis autem importu verbis jam commode sibi respondent Lycini verba: *Οἱ μ δὴ ἀντίδοξοι* etc. et: *Οἱ δ' ἄρα ἰδιῶται* etc. Quod aliter n cesse est se habere, ubi interjiciatur sententia, quae eade a particula δὲ incipiat. Lehm.

Ibid. Εἰκός. Ἔρμ.) In omnibus impressis et ipso Codi M. verba sequentia hic inserta legebantur: *οὗτοι δὲ ἦσαν τὰ ἄλλα φιλοσοφοῦντες*, insulse prorsus, si Dialogi person tribuantur: exulare itaque ego jussi, cum palam sit, Sch lion merum esse, quid per *ἀντίδοξοι Lucianus* voluerit, en rans. Solan.

Ead. l. 10. *Μαργίτῃ*) *Erasmi* Chiliades: ibi *Μαργίτ* Brod. *Cum Margita*, inerte et nullius pretii stolidoque h mine. *Margitis* enim meminit ex *Homero Aristot.* atque *Cl Alex.* Demosth. apud *Plut.* Alexandrum puerum et Margit nominabat. Cogn. *Ἄφρονι, μωρῷ.* De hoc *Suid.* ex *Hesy* Interp. *Arist.* ad aves. Bourd. Scripsisse *Homerum* poëm tium, cui hoc nomen fecerat, *Aristoteles* haud dubie auct est, de Poët. c. 4. Sed *Homeri* foetum esse dubitat *Basil* Lib. de legg. Gr. (Grot. ed. 990. C.) Junioris et vires te tantis *Homeri* esse existimat *Dion Chrysost.* pag. CXXIV. *Barnes.* Iliados praemissorum. Iterum infra Philops. cap. Solan.

Ead. l. 13. *Ὑπ' ἐκείνου λεγόμενα*) Castigo *ὑπ' ἐκείν* Brod.

Ibid. Λίρεσιν) *Φιλοσοφίαν.* Brod.

Ead. l. 14. *Ἀξιῶν*) Forte *ἀξίαν*, *aestimationem*, *preti* Guyet. Duplex esse potest, quod videam, via, qua l qualis nunc in omnibus libris facies ejus est, asperitas to

ar. Aut pro ἀξιῶν restituendum ἀξίωσιν, (non ἀξίαν, quae ex alterum quidem, quod *Guyetus* vult, *pretium* scil. significare potest, neque vero id quod locus flagitat, *aestimationem*, die Würdigung). Aut lacunam aliquantam sumas post ἕρεσιν, qua prior exciderit enuntiatio participialis in hanc ere sententiam: — ἐποιεῖτο τὴν αἵρεσιν, προαιρούμενος οὐς Στωϊκούς, καὶ τῶν κρειττόνων ἀξιῶν. Ex quibus illa ibi levior ac simplicior, omninoque probabilior, ratio esse idetur; quum vox ἀξίωσιν vel non perspicue satis, vel adeo ompendiose, scripta incautum librarium facile in errorem educere potuerit. Aliam viam *J. Seagero* ingredi placuit Class. Journ. Vol. XIII. p. 72. conjicienti ἀξιοῦν, et hunc erborum ordinem statuenti: διαλέγεσθαι τινι, ὡς ἀξιοῦν πιστεῦσαι ὅτι Ἑρμότιμος etc. Infelicissimum commentum! quo angi jubentur πιστεῦσαι et ἀξιοῦν, longissimo intervallo ab nctore dissociata; ut taceam, ambiguum sic fore, quorsum ῶν κρειττόνων referas. Quod ὡς pro ὥστε positum *Seagerus* e Xenophonte illustrandum putavit, supervacua fuit haec operа, quum haec particulae potestas ubivis, et in nostro scripore, haud raro occurrat, neque cuiquam in mentem venire ossit de ea dubitare. Lehm.

Ead. l. 15. Τοιαῦτα λέγοντι) Non λέγοντο. Brod.

Ead. l. 16. Οἶσθα) Stare hoc verbum hic non potest. redo scriptum fuisse ἴσθι, vel potius ἐν ἴσθι, ut Prom. erbb. cap. 5. (?) et alibi passim. Solan. Quem locum e Prometh. in Verbb. (Πρ. λ. citatum) dicat *Solanus*, nescio. Neque vero opus erat, ut formula notissima his ambagibus illustraretur. At nego equidem imperative h. l. Hermotimum loqui voluisse; qua forma indicasset rem Lycino nonum notam, vel nondum certam. Imo vero indicative rem roponit, ut satis jam Lycino cognitam, quo ostendat simul, se non decipere illum voluisse, quum rem tacuerit, uam ille per se sciat. Ἀλλ' οἶσθα verte: *Sed nosti* (vel, si avis, cum *Gesnero*, paullo urbanius: *sed noris*); *du weisest ja doch*. Recentiores interpretes, a *Solano* decepti, abrarunt. Lehm.

Pag. 27. l. 3. Ἐν χρῷ κουρίας) *Ad cutem tonsos*. Brod. *Strictim attonsus. Plaut.* Capt. cujus ἀντίθετον, *per pectinem attonsus*. Ἐγκυτὶ κεκαρμένους *Archilocho*. Hoc genus tonsurae σκαφίον dicebant, cui κῆπος, vel κηπίον opponebatur. De quibus vide *Aristoph.* Schol. in Avibus, et *H. Junium* de coma c. 6. Vide et Lexiph. c. 5. Vorst. Vide not. ad Vit. uct. c. 20. Solan. Ἐνχρωκουρίας una voce *Guyet.* scribit. Adsentirer, si probaret; nec enim ridiculum adeo est, ut

contemni debeat, quin quia ridiculum, studio adfectatum *Luciano* videri possit. Interim, quia non necessarium, viri eruditi hic et alibi jam satis exposuere, quid sit *ἐν κουρίας*, nihil amplius dicam. REITZ.

Ibid. *Οὐδὲν ἄβρὸν*) *Nihil in his molle.* BROD.

Ead. l. 4. *Ἐς τὸ ἀδιάφορον*) Nimirum *τὸ ἀδιάφορον* il quorundam rationem notat, quibus parum aut nihil cu est, quid de se judicent alii, nudi an vestiti, hoc an modo vestiti incedant, soli sint an in foro? *susque deque bent omnia*, quam ipsam formulam ex Graecorum *ἀδιαφ* interpretatur *Gellius* XVI, 9. Igitur extrema sunt hinc A tippeorum, ut hoc utar, mollities, hinc Cynica negli tia, et cultus omnis, atque alieni adeo judicii contem GESN.

Ead. l. 12. *Ἐν χρῷ ἡ κουρὰ*) Ut antea *ἐν χρῷ κουρ* Quid legerit in his locis interpres, non video, nam S dicti *ἐν χρῷ κουρίαι*, *tonsi*, *cute tenus.* Ipse vero *longa c venerandos*, *prolixa in capite caesaries*, *capillus prolixior*, que vertit. De his *Juvenal.* Sat. 2. *atque supercilio brevior mae.* Haec monebat Senator Clariss. *Godofred. Maluy* Dixi hac de re antea. BOURD. In sequentibus verbis: *πρὸς τὸ λοιπὸν ἆρα ἔχομεν τουτονὶ κανόνα* Subjunctivus fendit *Belinum*, vim ejus non capientem, quam nec *Ge rus*, vertens: *habemus*, fidelissime expressit. Intellige *β λει*, et verte: *visne hanc habeamus regulam?* Quam ratio nemo facile ut inauditam mirabitur, nec inconvenientem dicabit cum sequentibus: *καὶ χρὴ* etc. Quapropter nim *Schmiederus* facilis erga *Belinum* fuit, quum *ἕξομεν* illius nitu e Cod. 2954. in textum reciperet. LEHM.

Pag. 28. l. 1. *Παίζεις πρὸς μὲ*) Et haec ita legi in *J* et *Fl.* adnotaverat *Solanus*; quasi variationem invenire taret. Sed et sic leguntur in *A.* 1. Par. et *S.* Nisi quod ter in omnibus scripti sint accentus, legunt enim *πρός* enclitice. Quod tamen cum accentum canonibus adverse mutavimus, et porro mutabimus, non amplius de his m tiis monituri: licet studio reliquerimus idem c. 1. de M cond. *ἐξηγόρευον πρός με*· nam praepositio non adsumit centum encliticae, in quo tamen millies peccatur in o bus auctorum Editt. (etsi, atona particula sequente, ac tum invertere fas sit, ut, *ἀπό τε*, *ἐπί τε.*) Sed aliud n quaesisse videtur, phrasis nempe illi insolita videbatu non est, vid. *Aristoph.* Plut. 1056. supra l. c. jam adduc Et *Nostrum* infra Soloec. cap. 6. pr. REITZ. Non solu Merc. Cond. c. 1. *πρός με*, ut veterem scripturam, ser

itzius, sed etiam aliis in locis, ut Somn. cap. 15. et supra ermot. c. 16. Ergo et h. l. et sequentibus omnibus consta- sibi debuit. Temere h. l. *Bipontinus* Editor, *Seyboldus* et chmiederus secuti sunt *Reitzium*. LEHM.

Ead. l. 2. *Συνίημι*) *Mihi fucum fieri non sentio.* BROD.

Ead. l. 8. *Τί ἂν πάθοι τις*) *Quid agendum statuat aliquis.* BROD.

Ead. l. 9. *Εἰ τυφλὸς ἂν*) Ubi Hermotimus dixisset, pos- etiam ex externo habitu judicari de optimo philosopho- m genere, continuo infert Lucianus, *Τί ἂν πάθοι τις, εἰ φιὸς ἂν ἐπιθυμοίη φιλοσοφεῖν;* Non gravor particulam *ἂν* continuo iteratam: persuadeo tamen mihi, legendum *εἰ φιὸς ὢν ἐπιθυμοίη φιλοσοφεῖν.* Non dubito, quin cuilibet, nes suas, et perpetuam Graecorum, *Luciani* potissimum, quendi consuetudinem consulenti, haec lectio censeatur rissima. JENS. *Εἰ τυφλὸς ὤν*) Quia Codex W. *Jensianae Guyetianae* (nam et *Guyetus* ἄν in ὤν mutandum monuerat) njecturae adsentitur, non dubitavi ὤν recipere: nam illud litionum *ἂν πάθοι . . . ἂν ἐπιθυμοίη* minus commodum, ITZ. Ὢν etiam *Schaeferus* scripsit Melett. p. 100. In se- ntibus primum dubium non est, quin *τῷ* (pro *τίνι*) recte ibatur, ut et vett. Edd. omnes dederunt. *Belini* errorem, *τῷ* corrigendum censuerat, quod quidem foret *τινὶ*, mi- ne *Bipontinus* Editor sequi debebat. Cf. Diall. Deor. III, t Adnot. Tom. II. pag. 285. et Halc. c. 2. ibique Adnot. m. I. 490. Deinde *διαγνῷ* exhibent vett. Edd. et *Seyb.* *δια-* vero *Reitz.* et recentiores ceterae. Codices vero 2954. et 1. habent *διαγνῶναι*, quod *Belinus* ortum esse dicit e *δια- ἂν*, rectius vero *Schaeferus* l. c. e *διαγνῴη ἄν*, et sic sane endum. Simili forma *Noster* usus est Cynic. cap. 17. *δῴη.* ae saltem in recentioribus scriptoribus ferenda esse vide- ; quamquam Grammaticorum tum veterum, tum recen- um, sententiae in varias partes abeunt. Damnant hanc *ativi* formam per *ῳ* pro *οι* exhibitam *Phrynichus* pag. 345. . et *Moeris* p. 117. Piers., defendunt *Suidas* s. v. *βιῴη.*, *Thom. M.* s. v. *διδῴη*. E recentioribus eam omnino re- ant *Pierson.* ad *Phrynich.* l. l. *Fischer.* Animadvv. ad *Wel-* II. p. 446. et *Hermann.* ad *Orph.* Argonaut. v. 1218., ut rem seriorumque scriptorum propriam ferunt *Buttmann.* Gramm. Gr. pag. 183. Ed. 3. *Matthiae* Gr. Gr. §. 205. 6. eck. ad *Phrynich.* l. c. qui omnino consulendus, ut pro- denique servari volunt *Schaeferus* Melett. l. c. et *Hein-* ad *Platon.* Gorg. 481. A. Ceterum tamen cum his nostri

loci verbis cf. Catapl. c. 22. ἢ τῷ διαγνῷ (διαγνῶ Reiz.) ἐνταῦθα εἰ etc. Lehm.

Pag. 29. l. 6. "Ὁ δὲ βούλομαι εἰπεῖν, τοιόν δέ ἐστιν, οὐχὶ τῆς γνώμης τῶν ἀνδρῶν ἔρωτι προσήεις αὐτοῖς) Immodice (*sopoeus, nisi enim me fallit animus, tale quiddam est, quod c turus sum, nimirum te parandae et colligendae sapientiae cupid cum istiusmodi viris conversari.* Absurde *Benedictus* et prae Graeca, *istiusmodi autem est, quod volo dicere, non solum sapi tiae virorum illorum amore captus ipsos adivisti, sed in sap.* particula οὐχ est hic accipienda per interrogationem; cu notam cum subjecerint huic periodo Basileenses, quî pot eisdem placere *Obsopoeus?* Adscripsit vere pater, *Quod c dicere volo, sic se habet: Nonne scientiae virorum eorum* con *ad illos accedis, et — ?* Gron.

Ead. l. 7. Οὐχ ὅτι) In hujusmodi voculis ut venu linguae, ita etiam difficultas consistit. Saepissime sic a *Nostrum* collocatur illud οὐκ. Solan.

Ead. l. 4. *Ἐς κάλπιν*) Mirari subit, cum hunc *Luciani* tum lego, virorum quorundam, quos gravissimos esse decuit, stuporem incredibilem, qui nobis fabellam Imperato- Mogolici, religionem eadem ratione simiae divinatrici subjicientis, et Christianam veram illam esse, quam, serione joco haud facile dixeris, quaerebat, mira sane ratione, reprehendentis. Inter *Ludicra pia* serio narratam invenies *Angelino Gazaea* Iesuita, p. 94. qui se eam ex literis Indi-

cis *Antonii Figueredo* ex eadem societate anni 1611. hausis sit. Solan. Quae in urnam conjici vult Lycinus, dicun tur γραμμάτια· ita enim legendum ex Edit. Fl. non solu hic, sed et infra, γραμματίων. Quod vulgatur γραμματεί ex ambigua vocis γραμματία, ut in Fl. editum est, pronu tiatione ortum et haec rursus scriptura γραμματία e falsa a centuatione prodiit; cf. De Merc. Cond. c. 36. ubi quod vi go falso accentuatum reperitur γραμματίον, a nobis vero γρα μάτιον scriptum, in Cod. W. γραμματεῖον legitur. Sic et Toxar. capp. 13. 14. et 16. eaedem *literae amatoriae*, (billi doux) quae De Merc. Cond. l. l. significantur, γραμμάτια v cantur in Edd. vett., sed e Mss. P. et L. in primo et tert loco *Reitzius* magna cum inconstantia et imprudentia edi γραμματεῖα, in medio vero γραμμάτια, neque recentt. dei gnati sunt sequi. Porro Diall. Merett. X, 2. et Rhet. Pra c. 23. de eadem re vulgatum γραμμάτιον, non variantibus l bris. Sed in Demonact. Vit. cap. 17. ubi *tabula inscripta publicata* indicatur, Codex quidem 3011. γραμματεῖον exhib reliqui vero libri omnes rectius edunt γραμμάτιον. Eten vi sua propria ita differunt γραμματεῖον et γραμμάτιον, ut lud, *Suida* interprete, denotet τὸ συμβόλαιον, i. e. *libell judicialem*, vel *publicum quemcunque* (vid. De Mort. Pere c. 16.) hoc vero τὸ μικρὸν γράμμα, *scriptiunculam quamcunq* v. g. *epistolam amatoriam*, ut fere apud nostrum scriptor (cf. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 486.) vel *schedulam literis nominib ve quibusdam inscriptam*, ut h. l. Quid de loco Demosth. com. c. 23. sq. statuendum sit, suo tempore videbimus. N et ibi pro vulgato γραμματεῖον in Ed. Fl. legitur γραμματ Lehm.

Ead. l. 6. Ἀμφιθαλῆ) Patrimum, ἀμφοτέροις τοῖς γον θάλλοντα, καὶ μηθενὸς ὠρφανισμένον. Sic hanc vocem, ex terprete *Aristophan.* ad Aves, interpretantur *Scal.* ad *Ca Marcil.* ad *Horat.* Morem tangunt interpretes *Theocriti*, *stath.* ad *Homer.* Bourd. Commode citat *Belinus* locum *bull.* Eleg. I, 3, 9. sqq.

Delia non usquam: quae me quam mitteret urbe
Dicitur ante omnes consuluisse deos.
Illa sacras pueri sortes ter sustulit: illi
Retulit e triviis omina certa puer.

Et recte idem monet sortes illas Romanis dictas fuisse P *nestinas*. Vid. *Cic.* de Divin. II, 41. Lehm.

Ead. l. 10. Καὶ οὐ κατὰ σὲ) *Ac te indigna.* Brod.

Pag. 81. l. 5. Τῷ πρώτῳ χρηστῷ καὶ ἀξίῳ ἐντυχόντι) *C poeus, cui sub initium bono et digno incideris.* *Benedictus*

quod bonum et dignum incideris, perperam omittens, quod omitti non debet τῷ πρώτῳ; tum neuter ostendit vim vocis ἀξίῳ, cui pater adscripsit εὐώνῳ. Sed et mox perperam iidem κοτύλην verterunt *sextarium* vel *sestarium*, cum deberent *heminam*, ut adnotavit idem. GRON.

Pag. 82. l. 1. *Εἴ*) Cod. W. *recte εἴ*, quod in reliquis omissum, sensum perturbat. SOLAN.

Ead. l. 2. *Ὤνησάς γε*) *Gratum mihi fecisti.* BROD. Recte *Brodaeus*; modo pro *gratum* scripsisset, *utile*, *commodum*. Contra *J. Seagerus*, qui Class. Journ. Vol. XIII. p. 73. *οὐδὲν* addi vult, longe aberravit a vero sensu. Quodsi enim sic mentem Lycini cepit: *nihil tibi profuisti*, turpiter confudit *ὀνάναι* et *ὄνασθαι*. Quem errorem vitasset, opinor, si additum in textu fuisset Objectum *με*, quod tamen, cave, ne adjiciendum putes. *Ὤνησας* enim, vel Objecto non addito, formula est solennis, quae facile Objectum *externum intelligi patiatur*. Sic Diall. Deor. XXVI, 1. Apollo ad Mercurium: *Ὤνησας, δείξας τὰ γνωρίσματα, bene meruisti*, (de me) *monstratis signis*. LEHM.

Ead. l. 9. *Εἰ μὴ ἄρα*) Duas illas voces ex conjectura supplevimus, quas et sensus postulat, et vox εἴη, ut omitteret, librario oscitanti ansam dedit. SOLAN. *Ἄρα* scilicet in hac structura minime ferri potest. Sed ut omnino felicissime verba *Solanus* emendavit, ita tamen vellem εἴη statuisset illud ipsum esse, quod *Lucianus* scripserit, *εἰ μὴ*, neque vero εἴη tantummodo ansam dedisse, ut *εἰ μὴ* adderetur. Pro εἴη itaque confidenter edidi *εἰ μή*, praesertim quum verbum Substantivum h. l. magis sit supervacaneum, quam necessarium. Cf. similem locum Char. c. 11. *Καὶ μὴν οὐχ ὁρῶ, ὅ, τι ἀγαθὸν ἐστῷ πρόσεστιν, εἰ μὴ ἄρα ἓν τοῦτο μόνον, ὅτι* etc. LEHM.

Ead. l. 10. *Ὥσπερ οἱ κάπηλοι*) Conf. *L. Bos* (bene monente cl. *Hemsterh.*) ad Ep. 2. ad *Corinth.* p. 154. ubi *καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ* explicat ex *Aeschyl.* 7. Theb. *καπηλεύειν μάχην*, quod *Ennius cauponari bellum* dixit, i. e. cum dolo bellum gerere, et auro magis, quam ferro ac virtute. Peculiariter de philosophis veteribus dicunt Graeci scriptores *καπηλεύειν σοφίαν, μαθήματα*, de malis et Sophistis, qui sapientiam et disciplinas quaestui habebant, et falsa pro veris docebant, bonis mala miscebant, haud aliter ac caupones, qui vinum aqua mixtum vendunt, vel qui dolose mentiuntur; eaque pluribus exemplis firmata videantur ibidem. Hinc *καπηλικὸς* pro fraudulento apud *Aristophan.* aliosque. Olim vero *in partem non ita malam* valebat, quin significaret omnem lucrandi modum, id praecipue mercaturae genus,

quod per nummos fit, opponiturque priscae mercium permu tationi: quare καπηλικὴ τέχνη et καπηλικὸν recte vertitur *num mularia* ap. *Aristot.* I. Polit. cap. 9. ubi bis ter occurrens ho verbum, nec non capitt. sqq. videri potest. Reitz.

Ibid. Κερασάμενοί γε) *Aquam immiscentes.* Brod. I venditione vini triplicem fere fraudem cauponum notant ve teres: quod illud diluant, mangonizent, et falsa mensui vendant. *Casaub.* ad *Theophr.* Char. p. 244. Solan.

Pag. 83. l. 3. Ἆρα ταὐτὰ) Ἆρα ταῦτα Edd. Lege ταὐτα Guyet. Rogat Hermotimum Lucianus, ὁ διδάσκαλος ὁ σὸς ἆρα ταῦτα πρὸς ὑμᾶς λέγει ὁσημέραι, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν, ἢ ἄλλ ἄλλοτε; πολλὰ γάρ ἐστι. πρόδηλον, ὦ ἑταῖρε. ἢ οὐκ ἂν εἰκ ἔτι παρέμενες αὐτῷ κατὰ τὸν Ὀδυσσέα περινοστῶν, καὶ περιπλω νώμενος, εἰ τὰ αὐτὰ ἤλεγεν, ἀλλ' ἀπέχρη ἄν σοι καὶ ἅπαξ ἀκου σαντι; Vertitur, *Praeceptor tuus num haec quotidie dicit vobis et de iisdem verba facit, an vero alias alia proponit? multa enim sunt, ut patet, amice. An non vero etiamnum, ut par est, apu ipsum instar Ulyssis circumeundo, et oberrando perduras, si eade loquitur, vel tibi satis est aliquid semel inaudivisse?* Sed nih certius juxta et manifestius, quam pro vulgato ταῦτα πρὸ ὑμᾶς λέγει ὁσημέραι, legendum ταὐτὰ π. ὑ. λ. ὁ. Patet ex re ip sa, et sequentibus. Duo rogat, utrum magister eadem sem per, an identidem alia proponat. Respondebat ipse, illu esse πρόδηλον· scilicet alia identidem proponi, cum mult sint excutienda, et discipuli propterea longum tempus de beant adhaerere praeceptori: nam si eadem semper propone rentur, sufficeret vel semel audivisse. Res per se plana es Immo jam video non aliter haberi in editione Flor. Jen Secuti sumus L. et Cod. Fl. quem *Jensius* inspexit, qui, u id obiter moneam, differt hic a Fl. qui Oxoniae in Bibliothe ca *Bodlejana* asservatur. In Oxoniensi enim illo manifes ταῦτα, ut et in reliqq. edd. legitur. Solan.

Ead. l. 4. Πολλὰ γάρ ἐστι etc.] Haec verba sic mu tanda censuit *Schmiederus:* — — πολλὰ γάρ ἐστι. *EPM.* Πρ δηλον, ὦ ἑταῖρε. *ΛΤΚ.* Ἦ οὐκ ἂν etc. At, si mutanda ha vere sint, nescio, quidni potius sic videantur: *EPM.* πο λὰ γάρ ἐστι. *ΛΤΚ.* Πρόδηλον, ὦ ἑταῖρε· ἢ οὐκ ἂν etc. Na si quid omnino recte sentio, compellatio, ὦ ἑταῖρε, nu omnium minime in Hermotimum, valide ab amico adver rio ad incitas redactum, cadere poterat. Verum, ut stat rem ipsam tangam, nihil prorsus in hac sermonis forma m tandum est. Ipse Lycinus sibi h. l. nomine Hermotimi r spondet, persuasissimum habens, neque illum aliter respo dere posse. Hermotimus autem, quum deinde ad eand

uestionem eodem modo respondeat, non poterat, credo, m de eadem re bis declarare. Dissectus Lycini sermo mi- quidem idem depravatus videbitur. Neque *Jacobsii* senten- e omnino probo, qui voci *πολλὰ* praemitti vult *ὅτι*, ut tius sit hujus enuntiationis cum *πρόδηλον* vinculum. Nam ruptae, vel potius, separatae enuntiationes: *πολλὰ γάρ* , *πρόδηλον*, (int. *τοῦτό ἐστιν,*) *ὦ ἑταῖρε*, magis mihi in ujus vividioris loci ingenium convenire videntur, quam ctissime connexae. LEHM.

Ead. l. 6. *Εἴκοσιν ἔτη*) In omnibus antea legebatur *εἰκὸς* , nec quisquam praeter *Vorstium* exstitit, qui corruptum um pronuntiaret. Is autem margini sui Codicis pro *εἰκὸς* scripserat *εἰκῆ*. Sed ne sic quidem sanabatur. Ego vero, i meminissem Hermotimum XX annos perpetuos magistro ico operam dedisse, (c. 2. et 77.) eundem etiam nume- annorum ex Ulyssis, cui comparatur, *militia et errori-* colligi non ignorans, meam emendationem in textum re- ere minime dubitavi; praesertim cum levissima interpo- one Codicum scripturam repraesentet. Utinam eadem fa- itate reliqua apud hunc corrupta sic liquido restituere da- ur! Verum non semper sic patet ad emendationem via. enim hic in mentem XX illi anni venissent, nisi alibi in em libello de iis legisset? Non semper itaque inertiae rratorum, Editorumve imputandum est, quod corrupta d veteres scriptores verba edantur. Suut enim absque licum ope quaedam insanabilia. Tum demum merito cul- di sunt, cum prava et corrupta pro sanis et tradunt et rrant. SOLAN. *Εἰκὸς ἔτι*) *Εἴκοσιν ἔτη Solanus* jussit re- i, pro absurda scilicet vulgata; ex c. 2. et 77. hujus Dial. i parere vix dubitarem, quia emendatio est adeo manifes- et mutatio adeo exigua. Verum quia neque ullo Codice, que Editione est suffulta, et *Gesneri* versio sensum ex vul- *elicit satis* planum, non ausim ipsum contextum mut- etsi *Solani* emendationem valde probo. REITZ. Scita dem *est* versio *Gesneri*, sed necessitate expressa, ita scili- comparata, quasi in textu legatur: *ἢ οὐκ ἂν εἰκὸς ἦν πα- μεῖναί σε αὐτῷ* etc. Neque adeo haec nobis norma esse pot- textus constituendi. Ergo quam egregiam *Solani* emen- ionem probarunt *Reitzius* et *Schmiederus*, eam nec haesi- es iidem recipere debebant. Quod equidem nunc tanto ntius feci, quum etiam *Belinus* et *Wielandius* illam *Solani* tionem in interpretationibus suis secuti sint. Sic illud ὰ τὸν Ὀδυσσέα, quod alias nescio an nimis vagum foret, am accipit ac destinatam vim, salsamque simul vicennii

illius philosophici, ab Hermotimo jam consumti, notatione nem. Lehm.

Ead. l. 6. *Περινοστῶν*) Vid. *Demon.* p. 598, 2. Solan.

Ead. l. 9. *Ἀπὸ τοῦ πρώτου γεύματος*) Pro *ἐκ τοῦ πρ.* quod frustra negasse alios in verbis Epist. ad *Rom.* I, 20. *ἀπὸ κτίσεως κόσμου*, ubi *ἐκ* dicendum fuisse volunt, satis multis probat *Jac. Elsner.* ad Novi foederis libros T. 2. pag. 6. quem ideo saepius ad partes voco, quia et is *Lucianum* plurimum ad partes vocat. Reitz.

Ead. l. 12. *Ὥςτε*) Scribo *ὥςτε μηδὲν, οἷ — κᾆν ἄλλας.* Vorst. Et hic locus corruptus; sed medicinam ei ego facere non possum. Alii viderint. Solan.

Ead. l. 13. *Μεθύων περιήεις*) Acute. Alias ebrii fiunt, qui totum ebibunt; tu nisi totam ad fundum philosophiae exhauseris, ut ebrius oberrabis. Gesn. Recte *Gesnerus* auctoris mentem et cepit et reddidit. Neque adeo justae sunt *Vorstii* et *Solani* suspiciones. Unum forte *κᾆν*, quod pro *κἂν* conjecit *Vorstius*, probabit, si quis strictae legi inhaeret. Verum in promtu sunt particulae *ἄν* etiam in Indicativis omissae exempla. Supra c. 39. *ὅπου γε, καὶ εἰ πάντες τὰ ὅμοια εἶχον, ἄδηλον ἦν καὶ οὕτως, ὅστις, ὁ τὰ τοῦ θεοῦ ὑφηγημένος.* Prom. s. Cauc. c. 18. *ὅπου γε, εἰ καὶ τὸ πᾶν τοῦτο πῦρ ὑφελόμενος κατεκόμισα εἰς τὴν γῆν, μηδ' ὅλως τι αὐτοῦ καταλιπών, οὐ μέγα ὑμᾶς ἠδίκουν. Ἄλλως* autem *περιϊέναι* maxime convenit in ebrium, temere, huc illuc oberrantem, nec pedibus, nec oculis, nec consiliis rationibusque bene fixis. Vid. ad Piscat. c. 20. Lehm.

Ibid. Ἐν τῷ πυθμένι) Ex *Hesiod.* Bourd.

Pag. 84. l. 5. *Ὥςπερ φασὶν ἐν Δελφοῖς*) Dico ad *Paus.* Bourd.

Ibid. Ἐν Δελφοῖς) Delphos tellus a principio vaticinari solita fuit, quae paullo post Daphnem constituit, a qua Themis eandem facultatem adepta est, a Themide autem Apollo dono accepit: qua de re *Pausan.* in Phocicis. Cogn.

Ibid. Τοῦ ἱεροῦ νάματος) *Fontis Cresphontis.* Brod.

Ead. l. 8. *Τῶδε*) N. L. Solan.

Ead. l. 12. *Καὶ ἄλλα ποικίλα πράς. εἰ δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων* etc.) *καὶ ἄλλα ποικίλα, πρόςει δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων* etc. *Et alia omnimoda. Accedis vero tu emere volens.* Marcil. Hermotimus, quo probaret, sufficere, si quis unam sectam experiretur, ad judicandum de caeteris omnibus, usus fuerat similitudine mentis vinum, qui si unum pocillum biberit, judicare possit de toto illo dolio, unde haustus ille pocilli esset depromtus. Atqui negat Lucianus rem hanc ita

esse habere, cum non sicut in uno dolio vinum sibi per totum dolium simile est, ita omnes sectae inter se sint ejusdem generis. Quo autem clarius id ostendat, *Age*, inquit, ὁ μὲν γὰρ πίθος ἔτι μενέτω σοι, καὶ ὁ κάπηλος, ἑνέστω δὲ μὴ οἶνος, ἀλλὰ πανσπερμία τις πυρὸς ὑπὲρ ἄνω. καὶ μετὰ τοῦτο, κύαμοι. εἶτα κριθαί. καὶ ὑπὸ ταύταις, φακοί. εἶτα ἐρέβινθοι, καὶ ἄλλα ποικίλα πρός. εἰ δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων τῶν σπερμάτων, καὶ ὃς ἀφελὼν τοῦ πυροῦ, οὗπερ ἦν, ἀνέδωκέ σοι δεῖγμα ἐς τὴν χεῖρα, ὡς ἴδοις, ἆρα οὖν ἔχοις ἂν εἰπεῖν εἰς ἐκεῖνο ἀποβλέπων, εἰ καὶ οἱ ἐρέβινθοι καθαροὶ, καὶ οἱ φακοὶ εὐτακεῖς etc. *Dolium quidem et caupo retineantur, atque insit non vinum, sed seminum omnis generis mixtio; triticum desuper, postea fabae, dein hordeum, et sub his lentes, mox cicer, praeter varia alia semina. Nam si tu semina emere velis, et institor, accepto tritico, tibi specimen inspiciendum in manus indiderit: possesne tu, illud inspectus, dicere an cicer mundum, an lentes maceratu faciles* etc. *Marcilius* hic legit, καὶ ἄλλα ποικίλα. πρὸς εἰ δὴ σὺ ὠνήσασθαι θέλων. Puto eum voluisse πρόσει. *Tu vero adeas, accedas, emere volens.* Sed nulla emendatione opus. Satis sana est et structura, et sententia; praesertim si sequentia consideres. Quod autem Noster ait, καὶ ἄλλα ποικίλα πρὸς, id recte interpres, *praeterea varia alia*, semina scilicet. Ita enim πρὸς similiter pro *insuper* in extremo periodi fine ponitur. *Demosthenes* I. contra Philippum, Τάλαντα ἐννενήκοντα καὶ μικρόν τι πρός. *Aeschylus* in Prometheo v. 73.

Ἦ μὴν κελεύσω, κἀπιθωΰξω γε πρός.

Consequitur hoc argumentum Lucianus, aitque, philosophiam quoque non posse ab uno, quod quis primum dixerit, agnosci, quemadmodum universa sit. Neque enim eam unum quid esse, sicuti vinum quocum eam compararat Hermotimus, eandem specimini similem esse ratus. Τὸ δὲ, περὶ, ἑτεροῖόν τι ὤφθη, οὐ παρέργου τῆς ἐξετάσεως δεόμενον. οἶνον μὲν γὰρ φαῦλον πρίασθαι, ἐν δυοῖν ὀβολοῖν ὁ κίνδυνος. αὐτόν δέ τινα ἐν τῷ συρφετῷ παραπολεῖσθαι, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ἀρχῇ ἔφησθα, οὐ μικρὸν εἶναι κακόν. Subobscura haec: neque tam oratio illa infinita (αὐτὸν δέ τινα ἐν τῷ συρφετῷ παραπολεῖσθαι) pendet ab sequentibus, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ἀρχῇ ἔφησθα, quam haec verba seorsum sint consideranda, et separatum sensum habeant: nimium tamen illa separavit interpres; quippe quae plane omisit. At si bene attendatur, apparet, omnem orationem pendere ab ὤφθη. Sic itaque interpretor: *Hoc non aliud esse naturae apparuit, neque perfunctoriam disquisitionem exigere: nam vinum quidem emisse vitiosum, duorum obolorum esse jacturam,* (κονδύλην tantum intelligit, ut patet ex

seqq.) *aliquem vero ipsum in faece plebis perire, ut tute ipse ii tio dixisti,* (p. 530. E. adde p. 549.) *non parvum esse malu* scilicet ὤφθη. Quin et verba illa οὐ μικρὸν εἶναι κακὸν sui tanquam nominativus posita, referenda itidem ad ὤφθη· sit, αὐτὸν δέ τινα ἐν τῷ συρφετῷ ἀπολεῖσθαι, οὐ μικρὸν εἶναι κακὸν ὤφθη, *aliquem vero ipsum in faece plebis perire, non ex guum malum visum est.* Jens. Καὶ ἄλλα ποικίλα πρὸς) Ita N ster supra Catapl. c. 8. Ubi etiam duo alia similia dedit *Sol nus.* Reitz. Non dubius est iste Praepositionis usus, et l. paene necessario tale quid requirebatur, ubi praecessera ὑπεράνω, μετὰ τοῦτο, εἶτα, ὑπὸ ταύταις, et rursus εἶτα. qua autem maxime offendisse puto *Marcilium*, structur verborum: εἰ δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων τῶν σπερμάτων, ὃς ἀφελῶν — ἀνέῳγκέ σοι etc. insolentia, neque haec exer plis apud Nostrum quidem caret. Simillimum est Pro Me Cond. c. 9. δέδοικα μὴ — προσλαβὼν, κἄτα εὑρίσκωμαι, vid. Adnot. Ergo gratus quidem fuit casus, sed nil nisi sus isque temerarius, quod Codex 2954. *Marcilii* (non *Je sii*, ut scribit *Belinus*) conjecturam: καὶ ἄλλα ποικίλα. Πρ εἰ δὴ σὺ etc. confirmare quodammodo visus est. Neque ad *Schmiederus* hanc violentam textus mutationem arripere d bebat. Lehm.

Ead. l. 13. Πρὸς) Sic Graeci solent. *Demosth.* 116. C. *Noster* Catapl. c. 8. Solan.

Ead. l. 14. Ἀφελὼν) Ὁ κάπηλος. Guyet.

Pag. 85. l. 2. Εὐτακεῖς) *Facile macerantur.* Οὐ διακε *inanes non sunt.* Brod.

Ead. l. 5. Ἀφ' ἑνὸς) Vid. supra Pro Merc. Cond. c. ubi id illustravimus. Sic quoque infra occurrit Conviv. vel §. 32. ἢ ἀφ' ἑνὸς ἀνδρὸς οὐκ ἐννόμως φιλοσοφοῦντος — τρεῖτε τὸν Κλεάνθην etc. Solan.

Ead. l. 6. Τοῦ πρώτου) Intellige γεύματος. Brod.

Ibid. Μάθοι) Legendum μάθοις, et ita interpretati sunt viri docti. Gesn. Μάθοι ἄν etiam legi in Flor. E notat *Solanus*. Sed quid tum? Legitur et in caeteris. N quisquam dubitet, quin μάθοιο vel μάθοις invenire optave Quod si alicubi invenissem, sine haesitatione recepis Reitz. B. 3. vere edidit μάθοις, et hinc nisi fallor, S Non dubito sequi, licet etiam μάθοι ἄν (int. τὶς ex ante quodammodo, quamquam aegre, defendi posse videa Lehm.

Ibid. Ὁποῖά ἐστιν) Indicativus ille, pro quo Latini que populi amant subjunctivum, adeo est frequens et u tus Graecis, ut puderet quidquam de eo monere, nisi sci

andem nonnullis tamen interdum suspectum fuisse. Quare, cui exempla non succurrunt, videat *Jensii* Lectt. Lucian. p. 27. ad 35. et quos frater *G. O. Reitzius* adducit in Belg. raec. p. 385. Quibus tantum addo *Ael.* V. H. 2, 36. ἠρώ- ης, πῶς ἔχει, ubi tamen facile suspiceris, ἔχοι legendum, ius cap. proximo dixerat, ἤρετο, τί πράττοι. Sed nihil opus t. Conf. mox c. 63. οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις; et *Nostrum* infra 81. f. καὶ τῆς γε μητρὸς ἐρομένης αὐτὸν, τί ταῦτα ληρεῖ. Et xcenties alibi. Reitz.

Ead. l. 10. Ἐν δυοῖν) Dubitavi aliquamdiu, num sic, ut ἑνὸς ἢ δ. legendum esset; sed video et *Isocratem* sic ferme outum, p. m. 85, 1. ὀλίγοι πρὸς πολλὰς μυριάδας ὥσπερ ἐν ἀλ- ρίας ψηφαῖς μέλλοντες κινδυνεύειν· et *Demosth.* 148, 1. ἐν ο δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουν ἄν. Solan.

Ead. l. 11. Ὡς καὶ αὐτὸς — ἔφησθα) Vel ita dedisse vi- tur Lucianus, σὺ καὶ αὐτὸς ἔφησθα οὐ μικρὸν εἶναι κακὸν· vel , ὡς κ. α. ἔ. οὐ μ. ἐστι κακόν. Illud enim ὤφθη huc revo- re, cum alia jam construcțio intercesserit, videbatur du- sculum. Gesn. Non dubitavi, cum *Solano* illud ὡς, od Edd. habebant, praeeunte Cod. P. ejicere; nam sic ius fit planus: si enim ὡς retineas: illud sequens εἶναι in ἐστι vel ἐστὶ mutandum foret, ut nexum indaganti patebit. terum ἐν τῷ συρφετῷ παραπολεῖσθαι οὐ μικρὸν κακὸν, habui- s etiam supra c. 2. Reitz. Retinuisse tamen ὡς depre- nditur *Reitzius*. Sed *Schmiederus* recte omisit, Codicem secutus. Pro εἶναι *Seagerus* Vol. XIII, pag. 73. mallet εἴη servata tum particula ὡς. Sed prior ratio haud dubie estat. Lehm.

Ibid. Ἐν ἀρχῇ) *In hujus Dialogi initio.* Brod.

Pag. 86. l. 4. Κατὰ τὴν παροιμίαν) Sic illa, ἄλλην μὲν ιλοῦμεν, ἡ δὲ ἐπιῤῥέει· consule paroemiographos. In An- c. Cod. dramata paginae 315. omnino corrupta. Bourd.

Ead. l. 5. Ὁ τῶν Δαναϊδῶν πίθος) *Erasmus* in proverbio, naïdum dolium. Brod. Δαναΐδων) Apud alios scribitur accentu, Δαναῖδων. In *Par.* erat vitiose Δαναΐδῶν du- accentu. At nos scripturam Edd. *J. Ald. B.* 2. et *S.* etc. ressimus, quae circumflexum agnoscunt, recte quidem, recto Δαναΐδης formetur; quod tum communis generis eadum: id quod tamen vix mihi persuadeo; sed rectius *Suida* Δαναΐδων scribendum existimo a nominativo Δα- ; ut ἐλπὶς, ἐλπίδων, λαμπὰς, λαμπάδων. Interim con- tem vett. Edd. lectionem expressisse mihi fraudi non . Reitz. Gravitex tamen propterea in *Reitzum* animad- k Censor ejus in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. pag. 257.,

tam manifesta peccata affirmans vel tacite editori esse con genda. Correxit itaque *Schmiederus*. Cf. Timon. c. 18. i que *Hemsterh.* Tom. I. p. 410. Lehm.

Ead. l. 12. Ἀχαριαῖον) Confer supra c. 6. fin. Et inf Qu. Hist. Conscr. c. 7. Solan.

Ibid. Ἀποξύσας) Vid. Dial. *omnium primum* c. 2. *Solanus*. At cum ibi legatur ἀποξέων ἂν τὸν κηρὸν, nihil ali credo, indicare voluit, quam ἀποξέω et ἀποξύω utrovis m do dici. Reitz.

Pag. 87. l. 1. Ἀποθάνοιο) Ferri sic potest; sed *Luci nus*, ni fallor, scripserat, ἀποθάνοι ὁ προσενεγκάμενος. S lan. De hoc *Solani* judicio satis certo equidem judica non possum, quippe dubius, ubinam tandem offenderit, utru in persona secunda, an in Media forma. Nam illa quide ferri facile potest, non solum per se, de quo nemo dubit sed nunc quoque, ubi tertia persona τις praecessit. Nam n desunt exempla transeuntis orationis in universali sentent a voce τὶς ad secundam personam, ut supra c. 23. in Lyci verbis, et vice versa a secunda persona ad vocem τὶς cap. ubi Lycinus: εἰ μηδ' ἐν τοσούτῳ χρόνῳ δύναισθε — εἰ μὴ — βαδίζοι τις etc. De Plurali vocem τὶς sequente e *Abresch.* Diluco. Thuc. p. 240. et exempla e *Xenophontis* scri tis collecta habet *Sturz.* Lex. Xenoph. Tom. IV. p. 298. §. 1 Non autem ferri potest Media haec Optativi forma, quu verbi θνήσκειν et ἀποθνήσκειν Optativus Aoristi semper son ἀποθάνοιμι, nunquam, quod sciam, ἀποθανοίμην. Hanc ig tur ob caussam corrigenda sane erat vox vulgata, mini vero sic, ut conjecit *Solanus*, quamquam haec ratio simpl et facilis esse videatur. Nam articulus ὁ hoc quidem lo longe alienissimus est. Corrigendum potius ἀποθάνοις, quo haud scio, an veram *Luciani* manum agnoveris. Leh

Ead. l. 6. Ἐν ἀρχῇ) Vid. supra hoc Dial. c. 1. Solan.

Ibid. Ὁ μὲν βίος βραχὺς) Virgil. X. Aen.

— *breve et irreparabile tempus*
Omnibus est vitae. —

Horat. Od. 4. L. I. *Juvenal.* Sat. 9. Cogn.

Pag. 88. l. 1. Οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις;) Doct. *Abresch.* le δράσον, in animadv. ad *Aeschyl.* T. I. p. 510. ut sit per l perbaton, pro δράσον οὖν, ὃ οἶσθα, ut in Tox. c. 62. οἶσθα ὃ δράσομεν. Et ex *Eurip.* Iph. Taur. 1203. οἶσθα ἅ μοι γενέσθω, aliisque id probat; nec displicet, quia in rogatio hic in *Luciano* minus apta. Reitz. Reclamat l *Diall. Mortt.* XIII, 6. ubi vide, quae adnotata sunt. Tom p. 574. Lehm.

Ead. l. 7. Καὶ μὴ εὖ εἰδέναι) Καὶ μὴν εὖ εἰδέναι. Marcil. μὴν εὖ εἰδέναι χρὴ etc.) Hermotimus denique vix quid-quam amplius dicere habens, quo Lucianum male de expe-ndis sectis omnibus disserentem coarguat, pueriliter ait, um id prae invidia facere, videntem, quantos jam in disci-inis philosophicis progressus fecerit Hermotimus. *At tu,* spondet, *nil morare me, tanquam insanientem, tuque iter m confice, et, quod videatur, agito.* Ἀλλ' οὐκ ἐᾷς, subjicit ermotimus, σὺ βίαιος ὢν αἱρεῖσθαί τι, ἢν μὴ πειραθῶ ἁπάν-, *At tu, violente, non sinis me quidpiam eligere, nisi cum omnia iverim.* Lucianus: Καὶ μὴν εὖ εἰδέναι χρὴ, ὡς οὐκ ποτε ἄλλο εἴποιμι. Culpatur *Benedictus,* quod haec ultima n bene verterit, *Atqui me nunquam aliud dicturum, probe as oportet.* Quidni bene *Benedictus* verterit, non video. Hermotimus, *At tu, qui violentus es, non sinis quidpiam ligere, nisi ubi omnia perquisierim.* Respondet ille: *Atqui be scias oportet, me nunquam aliud dicturum,* me nunquam um de hac re sententiam laturum. Belgice magis conve-nter Graeca haec efferri possint, *la gy moet weten, dat ik anders sou seggen.* Sic c. 75. Οὐκ ἂν ἐκόντες εἴποιεν etc. *ultro id dicerent.* c. 77. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκεῖνο ὀρθῶς εἴποις, *ue enim id recte dicas, diceres, dixeris.* Sed statim non e Benedictus haec tractavit (ἔστ' ἂν μὴ ἕτερός σοι λόγος συμ-βαίνας, ἀφέληται τῆς βίας, ἤδη ἀγόμενον) vertens, *Nisi dum ratio pro te faciens oratio, quod jam illatum est, auferat a vio-ia;* cum debuerit, *Donec nulla alia oratio tibi succurrens, te, qui jam raperis,* duceris, *eripiat,* vindicet. Jens.

Ibid. Ὡς οὐκ ἂν ποτε ἄλλο εἴποιμι) *Obsopoeus, ut ne quid am dicam aliud. Benedictus, me nunquam aliud dicturum.* ius, ut recte notavit pater, *ut ne quid dicam a ratione alie-a.* Gron.

Ead. l. 8. Ἀναίτιον — αἰτιᾶσθαι) *Homer.* Il. N. Brod. *mer.* Il. Δ, 653. Solan.

Ibid. Δοκεῖς μοι — αὐτὸν — ἀγόμενον) An sic scriben-et distinguendum? δοκεῖς μ. κ. τ. π. αἰτιᾶσθαι, αὐτὸς ἔστ' ἢ ἕτερος σ. λ. σ. α. τ. βίας, ἤδη ἀγόμενος. Nam violentiae crimini ipse, donec altera auxiliatrix oratio te liberet, ius eris. Guyet.

Ead. l. 9. Αὐτὸν) Salebrosus hic locus; nec, quid de-m, in promtu est. Aut dormitabat, cum haec scribe-*acianus,* aut oscitabant, qui descripserunt, librarii. Ut verba nunc leguntur, ex illo αὐτὸν nemo, credo, sen-eliciet commodum. Aliter autem a *Luciano* scriptum , tum ex absurditate verborum constat, tum etiam ex

litura, quae in M. apparet, cuique hodierna scriptura a r
centiore manu inscripta est. SOLAN. *Αἰτιᾶσθαι αὖτως* corrig
Th. M. Et marg. *B.* 2. REITZ. Spero, qui interpretation
nostram hic cum Graecis contulerit, illum nihil absurdi a
plius in iis deprehensurum. Sed clariora erunt Graeca,
primo observes, *αὐτὸν* jungendum cum *ἀγόμενον*, deinde,
post *αἰτιᾶσθαι* incidas: Latina autem illustriora erunt, si
verbis, *a vi ME liberet*, Me illud vel omittas simpliciter,
in *illum* mutes. Nam de se quidem loquitur, quo respec
me mihi in mentem venit, sed loquitur in tertia perso
GESN. Haec quidem rectissime habent. Quod autem id
Gesnerus in versione ita interpretatur: *donec alia ratio*
succenturiata a vi me liberet, mentem Luciani pervertit ma
festo. Nam ratio illa non Hermotimo, sed ipsi Lucia
dici debebat succenturiata. Unde *Wielandius* pro *σοι* l
voluit *μοι*, sensum quidem rectum, judicium vero minus s
actum, secutus. Neque enim ullo modo verba vulgata r
tanda sunt. Imo vero *σοι* unice tenendum, modo ne cum
μαχήσας conjungas, sed cum sequentibus *ἀφέληται τῆς β*
Dativum autem cape pro Genitivo, ita, ut cogites *τῆς β*
σου, et omnem jam sententiam sic redde: *donec alia ra*
mecum faciens, a tua vi me liberet. Eadem prope ratione dict
πᾶσαν ἀποκέκλεικέ μοι (non *μου*, sicut in C.) *τὴν θάλατ*
Quod autem pro *αὐτὸν Wielandius* scribendum censet *αὐ*
non perspexit vim vocis *αὐτὸν*, quam *Gesnerus* bene reddi
qui ipse — auferatur. Tantum abest, hoc vult Lycinus,
vim tibi inferam, ut ipse contra a te vim patiar, a qua
aliam rationem jam necesse est me liberem. LEHM.

Ead. l. 14. *Αὐτῷ*) *Τῷ λόγῳ* sc. GUYET.

Pag. 89. l. 6. *Τῷ τοιούτῳ*) *Τῷ κριτικῷ*. GUYET.

Ibid. Καὶ προθέμενον) Supplendum *τὸ δεῖ*. GUYET.
tue *Benedictus* et inde haec editio, *omnibusque in medio p*
eligendum eum, qui differt et cunctatur. Recte *Obsopoeus*.
nibus in medium propositis eligere oportere cunctantem et tar
tem etc. GRON. *Καὶ προθέμενον ἅπαντα εἰς μέσον αἱρ*
διαμέλλοντα, καὶ βραδύνοντα, πολλάκις ἐπισκοποῦντα. I
pres: *omnibusque in medio positis eligendum eum, qui di*
cunctatur, saepe contemplando. Sed *Lucianum* non asse
est. Illud, ut puto, voluit *Lucianus: Omnibus in medi*
sitis, oportet eligere immorantem, et cunctantem, saepe co
rantem. Vult enim, non temerariam et inconsideratam
re fieri istiusmodi *αἵρεσιν*. VITRING.

Ead. l. 9. *Τοὺς Ἀρεοπαγίτας*) Areopagitae in tenebr
dicabant. GUYET.

Ead. l. 14. *Ἐπὶ πάντων ἐλθεῖν*) Ubi Lucianus dixisset, Hermotimum suum tum denique certo et liquido philosophaturum posse, ubi omnia diligenter examinarit, nulla neque aetatis, neque speciei, neque existimationis dicentis ratione habita; respondet Hermotimus, *Μετὰ τὸν βίον φῄς· ἐκ γὰρ τούτων, οὐδενὸς ἀνθρώπων βίος ἐξαρκέσειεν ἂν ὡς ἐπὶ πάντων ἐλθεῖν, καὶ ἕκαστον ἀκριβῶς ἐπιδεῖν, καὶ ἐπιδόντα κρίνειν (κρῖναι), καὶ κρίναντα ἑλέσθαι, καὶ ἑλόμενον φιλοσοφῆσαι. Post vitam dicis. Ex his enim sequitur, nullius hominis vitam satis magnam esse, ut omnia perlustret, et accurate singula perspiciat, inspectaque judicet, judicata eligat, delectuque habito philosophetur.* Saepe supra et infra in hoc libello utitur auctor formula illa loquendi, *per omnes ire, sectas scilicet, perquirere, perlustrare, excutere;* idque Graece per *ἐπὶ πάντα*, vel *πάντας, ἐλθεῖν*· in hoc tamen loco mirifice mutat, si modo ipse dictationis sit auctor. Certe pag. seq. *κἂν ἐφ' ἅπαντας ἔλθωμεν πειρώμενοι, etiamsi per omnes iverimus, experimentum capientes.* Cap. 68. *δεήσει τοίνυν σε, εἰ μέλλεις Στωϊκῶν τὸν ἄριστον εἴσεσθαι, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ πάντας, ἀλλ' οὖν ἐπὶ τοὺς πλείους αὐτῶν ἐλθεῖν, oportebit igitur te, si Stoicorum optimum cognoscere velturus sis, si non per omnes, per plurimos saltem istorum ire.* Supra c. 45. *ἐπὶ πάντας ἀναγκαίως ἀφιξόμεθα*· c. 42. *δεήσει ἐπὶ πάντας ἐν κύκλῳ ἐλθόντα ἰδεῖν*· c. 41. *ἢν μὴ ἐπὶ πάντας ἔλθῃς.* Cap. 65. *Πάντα*) Emendationem *Jensii* secutus essem *πάντας* omnis pro *πάντων*, quod in omnibus impressis legitur, nisi M. et L. *πάντα* invenissem, quod verius puto. Vid. tamen c. 41. ubi itidem *ἐπὶ πάντων* sine *ἐλθεῖν*. Solan. Sed quoniam ibi sine *ἐλθεῖν*, nihil huc facit illud *ἐπὶ πάντων*. Legendum aut *ἐπὶ πάντας*, aut, ab Codicum assensum, potius *πάντα*, i. e. *τὰ λεγόμενα*. Lehm.

Ead. l. 15. *Ἀκριβῶς ἐπὶ δεῖν*) Restituo *ἐπιδεῖν*. Brod.

Pag. 90. l. 1. *Γὰρ*) Ita, uti conjeceram, M. P. et L. pro quod in aliis omnibus erat. Solan.

Ead. l. 4. *Ἔτι μοι δοκοῦμεν*) *Παρέλκον* illud *μοι*. Guyet. Haec observatio *παρέλκει*. Lehm.

Ead. l. 6. *Οἱ ἁλιεύοντες*) Videtur ad fabul. *Aesop.* alluvorst.

Ead. l. 13. *Οὐκοῦν πειρῶ διεκδῦναι*) Hoc *Obsopoeus* vertit, *proinde ego te rursum extricare conabor.* Longe aliter Ficinus: *Ergo da operam, ut effugias.* Utrumque verba significare possunt, si sola spectentur; verum nexus sententium satis ostendit, posteriore modo accipienda esse. Porro. Medium est *πειρῶ*· de Activo ne cogitari quidem potest, nisi ab eo, qui discrimen inter *πειρᾶν* et *πειρᾶσθαι*,

quod diligenter observavit scriptor noster, plane ignor... Cf. πειρῶ ἀληθεύειν supra c. 36. LEHM.

Ibid. Σὺν θεῷ) Verba haec σὺν θεῷ γὰρ οἶσθα νεῖν, *Obsopoeus* reddiderat, *neque enim mihi dubium est, peritia nata... te praecellere.* Melius *Benedict. juvante enim Deo natare s...* Posterius verum esse, si probatione indiget, adi *Aristoph...* Plut. 114. Et *Kusterum*, idem ex *Eurip.* adstruentem. REIT...

Pag. 91. l. 12. Ὁ δὲ πέντε) M. et *Fl.* Ed. haec verba h... bent, quae in reliquis non reperiuntur. SOLAN.

Pag. 93. l. 10. Ἰδιώτην τινὰ βίον) *Jens.* aliud agens i... Lectt. Luc. p. 90. fatetur quidem, *Benedictum* non plane a... errasse, qui *privatam vitam* verterit; tamen non intellexi... veram vim, cum significet vitam *rudem, indoctam, impolit... incultam:* aliaque exemplа adfert, ubi ἰδιώτης exponatur p... ἄμουσος. Et adpositionem illam duorum substantivorum pl... ribus illustrat, ut στρατιώτης βίος, τέχνη βάνανσος etc. Co... fer infra cap. 81. REITZ.

Ead. l. 11. Τοῦ φιλοσοφεῖν *ΑΤΚ.*) Expunge *ΑΤΚ.* quo... quidem post verba haec εἴτε καὶ μή substituendum est ba... pacto: εἴτε καὶ μή. *ΑΤΚ.* BROD. Delenda nota personae *ΑΤΚ.* MARC.

Ibid. Τοῦτο ξυμβαίνει γε ἐξ ὧν φῂς ἀδύνατον εἶναι φιλοσ... φῆσαι) *Obsopoeus, illud quidem accidit, quod dicis, philo... phari promtum non esse.* At *Benedictus, illud quidem accid... quod dicis, non esse promtum philosophiae incumbere,* et hu... nasuta commutatione vocum, et utriusque interpretation... non satis valida vocis ἀδύνατον. Intellige cum patre, *illu... quidem colligitur ex iis, quae tu dicis, non posse philosophari.* Nam ξυμβαίνειν hic ponitur, ut supra, μαίνοιτ' ἂν ὁ μὴ τέτ... ταρα ξυμβαίνειν λέγων, nempe ἐκ δυοῖν δυάδων συντεθειῶν. GRON. Interpres, *Illud quidem accidit, quod dicis, philo... phari promtum non esse.* At non videtur intellexisse verbum ξυμβαίνειν, quod saepe usurpant Graeci, cum significari vo... lunt, ex dictis aliquid consequi, effici, vel colligi. Desum... tum ab arithmeticis, atque ita etiam h. l. Vertas igitur verba: *Hoc quidem sequitur ex iis, quae dicis.* VITRING. Ha... verba perperam in vulg. et M. Luciano tribuuntur: quod *Marcil.* viderat, et Ed. *J.* confirmat. SOLAN.

Ibid. Ὧν φῂς ἀδύνατον) An ἐξ ὧν; GUYET.

Pag. 94. l. 2. Ὑπερήμερον) Vocis ὑπερήμερον notionem eleganter declarat illud *Longini* s. 14. ubi ὑπερήμερόν τι τὸ ἰδίου βίου καὶ χρόνου φθέγξασθαι recte interpretatus est ex *Cicerone Tullius, dicere aliquid, quod non iisdem regionibus terminetur, quibus vitae nostrae spatium circumscriptum est.* GES...

Ead. l. 5. *Τελευτῶν*) Sic supra c. 46. Hic rursus Edd. *I. A.* 1. *H. Par. S.* quas consului, *τελευτῶν* adverbii more, non *τελευτῶν*, ut *Bud.* in Comment. Reitz. Sed B. 3. recte edidit *τελευτῶν*, et jure suo *Bipp.*, *Seyb.* et *Schm.* a *Reitziana* scriptura recesserunt. Vid. Varr. Lectt. ad c. 46. et ad De Merc. Cond. c. 42. Lehm.

Ead. l. 5. *Εἴτε καὶ μή. σὺ δὲ πῶς*) Excidit nota personae, *Εἴτε καὶ μή. ΛΥΚ. σὺ δὲ πῶς.* Marcil. W. P. et Ed. *J.* agnoscunt Luciani personam, quae in reliquis non notatur. Solan.

Ead. l. 8. *Ὅ,τι εὕρ.*) Lege *ὅτι.* Guyet. Hoc ita verum sit, ut lectores rogem, habeant pro eodem, ac si ita edi cuissem; *licet pristinam lectionem non mutaverim, quia variationem in ea non inveni.* Reitz. In Basileensi saltem editione *ὅ τι* legitur, intervallo quidem parvo relicto inter *ὅ* et *τι*, sed commate tamen solito omisso. Sed vel sine ulla libri alicujus auctoritate rescribendum erat *ὅτι*, sensu ita flagitante. Nam *ἀληθὲς* enim Subjectum est in *εὕρηται*, neque vero omnino, quodcunque ab antiquioribus philosophis forte inventum videatur. Lehm.

Ibid. Τί εὕρηται) *Τί εὕρηται πρὸς αὐτῶν; ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ὀμόσαιμι, καί τοι πόσα ἄλλα* etc. Excidere nomina personarum, videlicet: *τί εὕρηται πρὸς αὐτῶν; EPM. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ὀμόσαιμι. ΛΥΚ. Καί τοι πόσα ἄλλα.* Marcil. Conjectura *Marcilii* ita mihi vera visa, ut mihi non temperarim, quin in contextum reciperem deficientes in Edd. personas, maxime, cum Cod. M. viam ad id muniat. Et minus apte alioqui eadem persona interrogaret ac responderet. Cum vero *Marcilii* conjecturae responderet Cod. M. solitis suis punctis signans Hermotimi personam, eamque sequi lectionem credidissem, necessario et proximum *ΛΥΚ.* ex *Marcilio* repiendum erat, etsi Codex ibi non addiceret; nam si hanc *ecisissem*, *nova confusio orta foret.* Reitz.

Ead. l. 9. *EPM. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ὀμόσαιμι. ΛΥΚ.*) Ἑρμ. noscit M. quem suis punctis, pro more designat. Sed *ΥΚ.* idem Cod. non habet; sententiae tamen id necessario stulanti reddimus. Solan.

Pag. 95. l. 13. *Καὶ σὺ καὶ πρὸς τοῦτο ὅρα*] Haec erba facile falso capi possunt ab eo, qui *πρὸς τοῦτο* cum *ε conjungat*, et reddat *ad hoc*, i. e. *insuper, praeterea.* Quod idem accidere non potest ei, qui sciat teneatque, vim istam primi formula *πρὸς τούτῳ*, vel *τούτοις.* Verum etiam callidiori, si minus sit attentus, idem accidere potest, quum ligo in Edd. post *τοῦτο* nulla prorsus distinctio reperiatur,

qua indicetur *πρὸς τοῦτο* non ad *ὅρα*, sed ad verba *ὅσου δ τοῦ χρόνου*, referendum esse, vertendumque: *ad hoc* (ne *tium*). Itaque commate ego suo loco posito errori isti oc curri, versionemque Latinam: *Tu vero hoc etiam vide, quan opus sit tempore*, ad hanc rationem castigavi. LEHM.

Ead. l. 16. *Ἐν τοῦτό ἐστιν*) Intellige *ὁ χρόνος*. GUYET.

Ead. l. 19. *Καὶ ὑπάρχειν*) Non poterat hic abesse co junctio, alioqui lubens cum W. eam omisissem, quia *καὶ* ja nimis frequenter est repetitum: nam qui paullo supra, verbis *καὶ διαγνῶναι* incipiens numerare velit usque ad *τέχνην*, inveniet vicies positum *καί*, intra viginti versu De quo supra jam questus sum. Sed Latini hic Graecos c pia vincunt, qui orationem variare possunt per *et*, *ac*, *q atque*, *nec non*, *etiam*, *quoque*, *tum*, *cum* etc. dum Gra *καὶ* et *τε* solis fere contenti sunt, etsi *ἤ μὲν*, *ἠδὲ* interdu pro iis adhibeant. REITZ. Mireris has *Reitzii* rationes. V rum praetermisit etiam idem unum *καὶ*, non solum numera do, sed etiam edendo; illud scilicet, quod post *σοι* in omn bus Edd. vett. insertum reperitur; quodque fateor facili abesse potuisse, quam cetera viginti. Unde prope abest, suspicio mihi oriatur, non illud *καὶ*, quod ante *ὑπάρχει* sed hoc, quod ante *κατὰ* positum est, in Cod. Witt. omissu esse. *Reitzium* nimis securi secuti sunt recentt. Editor LEHM.

Pag. 96. l. 3. *Ἥκεις*) Retinui vulgatam, etsi *ἄγεις*, qu Cod. P. habet, non malum. Interdum enim *ἄγω* ita absolu usurpatur, pro *venio*, i. e. quasi *ἄγω με*, *adduco me*, qu Lexicogr. jam notarunt. Sic *ἐπάγειν* et *προσάγειν* sine acc sativo *Arrian.* Exp. Alex. I, 1. *ὥστε Ἀλέξανδρον — ἐπάγο οὐκέτι ἐδέξαντο*. Ib. c. 2. p. 6. f. ed. *Gron. προσάγοντος Ἀ ξάνδρου ἐκ πολλοῦ συμπεφευγότες ἦσαν*. Id. L. 2. c. 3. p. *προσάγοντα δὲ κώμῃ τινὶ τῶν Τελμισσέων, ἐντυχεῖν παρὰ ὑδρευομένῃ*. REITZ.

Ead. l. 5. *Τῆς ῥινὸς ἕλκεσθαι*) *Erasmus* in proverbio, *ribus trahere*. BROD. Cf. Diall. Deor. VI, 3. Alia, ea haud pauca, loca Index suppeditabit. LEHM.

Jbid. Θαλλῷ) Vid. *Athen.* 25. A. B. et *Casaub.* qui *tonis* etiam ea de re locum affert. Utitur eadem figura et *lostr.* pag. 587. *τούτῳ ἀμφορέα μὲν οἴνου προσάγων, ἢ ὄψα ἐσθῆτα, ἢ ἀργύριον, εὐμεταχειρίστῳ ἐχρήσατο, καθάπερ οἱ πεινῶντα τῶν θρεμμάτων τῷ Θαλλῷ ἄγοντες*. SOLAN. *Junt.* hic modo *θαλῷ*, uno *λ*, sed et supra Reviv. c. 46. quod dem eodem redit; verum plurium Edd. consensum sequi REITZ.

Ead. l. 6. *Τῷ ἐπιτραπεζίῳ*) Hoc est, *τῷ ἐπὶ τῆς τραπέζης ἐγχεομένῳ ὕδατι, ὃ διὰ τὴν ἰσοῤῥοπίαν καὶ τὸ ἀπαρέγκλιτον τῆς τραπέζης ἐπὶ χώρας μένον, καὶ τῆς ἐπιφανείας ἐπανεστηκὸς τῷ ἐπιτιθεμένῳ ὀχετηγοῦντι αὐτὸ φιλεῖ ἕπεσθαι, ῥυτῆς φύσεως ὑπάρχον, καὶ ἀτρεμεῖν μὴ πεφυκός.* Caetera usque ad pag. 317. crebrae sunt repetitiones comparationum, quae passim alibi. Bouhd.

Ibid. *Ἐπιτραπεζίῳ ὕδατι*) *Aquae super mensam injectae vel fusae.* Brod.

Ead. l. 8. *Καλάμῳ τινὶ*) Homo inconstans itidem arundini a quolibet vento motae comparatur in Novo foedere, Sec. VII, 24. ubi *Elsner.* et hoc *Luciani* adduxit. Reitz.

Pag. 97. l. 14. *Τὸ δὲ πολὺ*] Sic haec conjuncta leguntur in B. 1. et 3. In aliis, et in *Reitziana* quoque, et recentt., immate post δὲ posito separata: *τὸ δὲ, πολὺ προῤῥωτέρω.* Inde error natus, τὸ δὲ absolute positum esse, et πολὺ referendum ad Comparativum. Quapropter jam *Seagerus* in mss. Journ. Vol. XIII. p. 73., quum illud τὸ δὲ concoquere non posset, medicinam loco, non suo stomacho, quaesivit, quae tandem devenit, ut legere cuperet, *τὸ δ' ἐναντίον, πο-* etc. Tantum turbarum prava interpunctio excitare potuit! Conjunge, quaeso, τὸ πολὺ, et redde: *maxima ex parte* et omnia, spero, sana erunt. Lehm.

Pag. 98. l. 1. *Γάρ τι λυπ.*) An *γάρ τοι*; Guyet. Inter γάρ et λυπηρὸν inserebatur τι, quod duce M. delevimus. Solan. Immerito ejectum τι a *Solano, Reitzio,* et recentt. *Hirt, negligenter omissum* in Cod. M., perperam tentatum *Seageto*, qui *γάρ τοι* legi, et a *Seagero* in Class. Journ. l. l. admodum insulse corrigi vult: *πάνυ γάρ τι λυπηρόν τε* etc. Ignorarunt nempe hi omnes, vel neglexerunt vim insulsae *πάνυ τι*, quae sic significat *quovis modo*, ut *πᾶς τις*, *libet* est. Hanc vere Atticam phrasin, si quis ignoret, cet e *Sturz.* Lex. Xenoph. Tom. III. p. 406. Elegantia itaque non privasse, sed ornasse videbor *Lucianum*, quum retinero illud τι, in quo omnes Edd. vett. consentiunt. Lehm.

Ead. l. 7. *Ἐπιγνώμων*) Hujus vocis vim hic locus ostendit. Lexicographis non satis perspectam. Vid. *Suid.* Solan.

Pag. 99. l. 1. *Πείθειν ἡμᾶς βιάζ.*) Ordo, *βιάζονται ἡμᾶς πείθειν εἰδέναι.* Guyet.

Ibid. *Τοῖς*) Ex P. et L. In reliquis enim *ταῖς*. Solan.

Ead. l. 3. *Ὅμως*) Solus W. Codex hanc vocem agnoscit. Solan. At *Obsopoei* versio exprimebat illud *tamen*. Reitz.

Ibid. *Εἴ τις οἴοιτο* etc.] Hac ipsa argumentatione ab eo quod altaria sunt, ad id, quod dii sint, utitur Timo-

cles Stoicus in optima forma in Jov. Trag. c. 51. ad quem lo
cum Scholiastes observat, *Themistio* teste, Chrysippum pr
mum formulam istam usurpasse. LEHM.

Ead. l. 8. *Εἰργάσω*) Hermotimus, ubi plane convictu
ab Luciano erroneae suae opinionis esset, exclamat, *Οἷά μ
ἐργάσω, ὦ Λυκῖνε, ἄνθρακάς μοι τὸν θησαυρὸν ἀποφήνας.* I
hoc nimirum inter foedas corruptae Lucianeae lectionis so
des; cui similem labem addas licet ex Astrolog. cap. 23. *ἐ
γάζοντο.* Corrige tandem hic *εἰργάζοντο*, illic *εἰργάσω*. I
poëtis quidem augmenti, quod vocant, neglectus frequen
at in hujusmodi scriptoribus talia sunt librariorum flagiti
In contrarium peccatum est in Fugitivis c. 6. ubi *εἰργάσασθ*
scribitur pro *ἐργάσασθαι*. JENS. *Jensii* emendationem auct
ritate sua firmant Codd. W. et L. SOLAN.

Ibid. *Ἀνθρακάς μοι τὸν θησαυρὸν*) *Erasmus* in prov. *Th
saurus carbones erant.* BROD. Infra rursus Zeux. c. 2. f. S
LAN. Hoc proverbium respiciens Timon in Timon. c. 41. i
vento magno thesauro exclamat: *πόθεν χρυσίον τοσοῦτον;
που ὄναρ ταῦτά ἐστιν; δέδια γοῦν μὴ ἄνθρακας εὕρω ἀνεγρέ
νος.* Cf. Philops. c. 32. et Adnot. ad Zeux. c. 2. LEHM.

Ead. l. 13. *Περὶ ὄνου σκιᾶς*) *Erasm.* in paroemia, *De a
ni umbra.* BROD. Proverbii hujus historiam habes ap. P
1558. Demosthenes pro concione interpellatus, fabulam n
rare incipit de duobus hominibus iter una facientibus, qu
rum alter asinum alterius conduxerat. Fervente aestu
umbra asini discidii caussa orta est, utroque sibi eam vind
cante. Dominus enim operam, non umbram, locasse a
bat: ille vero et id operae esse partem contendebat. H
dicto, silet Demosthenes: instat populus, postulatque,
litis finem narret: ad quos ille, vos vero, inquit, de as
umbra audire cupitis, de Rep. dicenti operam dare recu
tis. Vid. etiam *Aristoph.* Sch. *Σφηξὶ*, v. 191. et *Plat.* Phae
ed. Bas. p. 208. A. In proverbium deinde abiit, *de reb
hili* cum disceptatur, quod etiam apud *Menandrum* exstit
ait *Zenob.* VI, 28. Et Schol. *Aristoph.* l. c. SOLAN.

Pag. 100. l. 4. *Εἰς Ἰνδ. τελ.*) *Thucyd.* *ἐς Φάρσαλον
λεσε*, *Pharsalum pervenit.* *Εἰς Ἰνδοὺς τελεῖν*, pro *τελεῖν
ὁδόν.* GUYET.

Ead. l. 8. *Ἐκθορεῖν*) Vox poëtica, quam alibi ta
iterum usurpat. Vid. Prom. in Verbb. c. 4. et Ver. Hist. c.
nisi quod in iis locis *ἀναθορεῖν*, non *ἐκθορεῖν* legitur. So
Ead. l. 11. *Κενὴν μακαρίαν*) Sic pag. 934. ed. P
Talis autem illa est, qualis felicitas Micylli in Gallo, *ἡ
τὰ τοὺς ὕπνους ἐγγινομένη, τοιαῦτα τοῖς ὀνειρώττουσιν ἐπτο*

ἀ εἰς τρυφὴν καὶ εὐετηρίαν, πενὴ, ὅτι μηδὲν ἑστὸς ἔχει καὶ βέβαιον, quae omnia recte interpretatur *Gregor. Nazianzen.* qui ut alibi dixi) totus est in Luciano. Bourd. Vid. Gall. 5. extr. Lehm.

Pag. 101. l. 3. Ὡς ὑπὸ τοῦ ἐρομένου) *Ut ab eo, qui hoc percontatur.* Brod.

Ead. l. 11. Παραπέμψει) Conf. infra Bis Accus. c. 1. Navig. c. 1. Epp. Saturnn. c. 17. et Diall. Merett. c. 1. Solan.

Ibid. Τὰ κοινὰ) Quae a Stoicis paradoxis merito abhorrent. Brod.

Ead. l. 12. Ἱπποκενταύρων καὶ χιμαιρῶν) *Virgil.* VI. Aen. facit Centauros et Scyllas in infernûm vestibulo stabulare, cum somniis. Centauros et Chimaeram fuisse negat *Lucret.* L. IV. et V. Cogn. In animo habuit auctor locum *Platonis* in Phaedr. p. 1211. B., ut observavit *Hemsterhusius* ad Prometh. in Verbb. c. 5. Tom. I. p. 225. Lehm.

Pag. 102. l. 4. Ἢ τὴν Οὐρανίαν εἶναι) Ἢ τὴν Οὐρανίαν ἐκείνην etc. nempe Ἀφροδίτην. Marcil. De statua intellige, quae Athenis celebratissima. Vid. *Meurs.* AG. IV, 830. Simulacrum erat marmoreum, Phidiae opus. Erat et aliud Alcamenis, ib. 855. Pro εἶναι L. habet οἶμαι. Neutrum placet. Credo scriptum fuisse καί. Solan. Magis placuerit οὖσα. Nihilo tamen mutavi laxiorem structuram, in qua saltem aliquod est vinculum, quod Infinitivum εἶναι cum ἀκούσας nectat. Indulgere autem sibi nonnihil *Lucianum* nostrum, maxime in dialogis, nullum ejus familiarium fugit. Lehm.

Ead. l. 16. Εἰ ἀληθής ἐστι) *Brod.* IX. Misc. 16. ait: εἰ ἄληθης, emenda εἰ ἀληθής ἐστι. Sed quod is emendat, id nostrae Edd. jam recte habebant. Reitz.

Pag. 103. l. 2. Καθάπερ τὰ πρόβατα πρὸς τὸν αὐτῶν ἡγούμενον] In his etsi αὐτῶν non habeat per se, in quo offendas, suspectum tamen magnopere est eo, quod non solum in Fl., sed etiam in Codd. 2954. et 3011. deest. Recte abesse judicat *Belinus.* *Schmiederus* cautius retinuit uncis inclusum: et hunc nos sequendum duximus. Sed *J. Scagerus* in Class. Journ. Vol. XIII. p. 73. magnam his verbis vim inferri vult, quum sic ea legi jubet: καθάπερ τὰ πρόβατα τοῖς (ἴχνεσι) τοῦ αὐτῶν ἡγουμένου. Quae quamquam non diffiteor *Lucianum* scribere potuisse, scripsisse tamen non credo. Offendit *Scagerum* haud dubie phraseos ἀκολουθεῖν πρός τινα insolentia. Quam si ferre nolis, hanc commendo haud ignotam, nec molestam, viam, ut e verbo ἀκολουθεῖν notionem τοῦ ἴέναι deducas, et jam formulam loquendi statuas hanc, ἴέναι πρὸς τὸν ἡγούμενον. Πρὸς autem cum Accusativo junctum

convenientiam quoque, vel accommodationem *ad*, vel *secundum* aliquid denotare, non est, quod moneam. LEHM.

Ead. l. 7. *Πότε τριπέφαλος*) Geryon. Vid. *Apollod.* II. pag. 51. B. SOLAN. Verba *ὡς γένοιτο* corrigenda putavit *Belinus ὡς ἐγένετο*. laborare enim ea duplici soloecismo, primum, quod sequerentur Indicativi *ἠφίει*, *ἤσθιε* etc. deinde, quod *ὡς* cum Optativo sine *ἄν* significaturum esset: *ofin que*. At neutra ratio quidquam valet. Prior quidem si quid valeret, ad eandem normam non solum locus cap. 71. *ὥςπερ εἴ τις δακρύοι, καὶ αἰτιῶτο τὴν τύχην, ὅτι μὴ δύναιτο ἀνελθεῖν ἐς τὸν οὐρανὸν, ἢ ὅτι μὴ — ἀναδύσεται, ἢ ὅτι μὴ — τελεῖ.* sed innumera quoque alia corrigenda forent. Altera autem ut per se falsa, ita etiam in *Belino* quidem nostro mira. Nam *ὡς* cum Optativo non uno modo usurpatum occurrit: hunc ipsum modum agnosces in Diall. Deor. VII, 4. *ἔλεγε δὲ ἡ Μαῖα, ὡς οὐδὲ μένοι τὰς νύκτας ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀλλ' — καθίοι*, et saepius. Mirum autem profecto, quem *Belinum* sexcenties jam vidimus *ἄν* reponi, vel sine ulla Codd. auctoritate, jussisse, ubi *ὡς* Optativo junctum *finem* significaret, eundem nunc praeceptum dare, illi consilio temerario plane contrarium. Sapere itaque coepit, sed alieno loco. LEHM.

Ead. l. 12. *Οὐχ ὥςπερ ἕκαστος ἡμῶν δέκα ἐν ἀμφοτέραις ταῖς χερσί*] Ridiculam, quam habet, sententiam hanc tolli vult *Belinus*, sublata particula negandi *οὐχ*. Ridiculus sic ipse factus, quum non videret, verba *ἐν ἀμφοτέραις ταῖς χερσί* nonnisi ad *ἡμεῖς* referenda, omnino autem orationem ellipticam esse, quae sane rationis ope haud difficulter ita expleri possit, ut *sex manuum* imaginem ex antecedente descriptione, recentissimae illa memoriae, repetas. LEHM.

Ead. l. 14. *Πέλτην, ἢ γέρρον, ἢ ἀσπίδα*) Uterque interpres medium vertit *parmam Persicam*. An credimus utique Lucianum voluisse ea voce id exprimere? Et cur non peltae addunt interpretes gentem, cui illa in usu? GRON.

Pag. 104. l. 3. *Εὐθὺ σκοπεῖν*) *Wessel.* ad *Diod. Sic.* II. c. 12. n. 81. legit *εὐθὺς*, me non contra nitente, quia ab sequente σ facile absorptum sit alterum. Multa tamen adnotavi, ubi differentia illa inter *εὐθὺ* et *εὐθὺς*, de qua *Ammonius*, non observatur. Sed quia longe frequentissime tamen observatur, praestat eam tenere; et, quae collegi, jam non addere licet. REITZ. *Εὐθὺς* Ms. Reg. 2954. teste *Belino*. BIP. Unde *Schmiederus εὐθὺς* recepit. Idque tanto probabilius, quum per hunc dialogum semper, et paullo ante minimo intervallo bis, *εὐθὺς*, non *εὐθὺ*, dictum sit. Nihilominus du-

bitabam h. l. εὐθὺς scribere, quum εὐθὺ haud raro, etiam apud nostrum scriptorem, pro εὐθὺς dictum occurrat. Exempla, quae hic *Reitzio* non placuit afferre, idem ille ad Amorr. c. 42. complura collegit. Cf. etiam Diall. Mortt. XII, 2. extr. ibique notulam in Varr. Lectt. Tom. II. p. 182. sq. LEHM.

Ead. l. 10. *Οὐκ ἐννοοῦντες*) Ista verba, *οὐκ ἐννοοῦντες εἴ πῃ γένοιτο ἂν ἀκόλουθόν τι αὐτῶν, καὶ ψεῦδος ὄν*, pessime interpretantur, *nec in mentem veniat, ni falsum etiam sit, quod priori est consentaneum;* cum haec sit sententia: *non considerantes, sicubi quid se invicem consequatur,* (vel *sibi congruat*) *quamvis falsum sit:* ut si quis credat, bis quinque esse septem, *credat etiam* quater quinque esse quatuordecim. Paullo post *δόντες τὰς ἀρχὰς τῆς προαιρέσεως ἑκάστης*, non est, ut Latinus, *datis uniuscujusque sectae principiis*, sed *admittentes, concedentes principia uniuscujusque sectae.* Statim haec quoque verba non intellexerunt iuterpretes, *καὶ ἀξιοῖ εἰς ἀπόδειξιν ἀληθῆ λέγειν, ἀπὸ ψευδοῦς τῆς ἀρχῆς ὁρμωμένη, cumque a falso principio exordiatur, vera tamen ad falsam demonstrationem vult dicere.* Haec ex Graecis verbis ne fidiculis extorqueas, quae sic interpretanda: *et postulat pro demonstratione vera dicere, ex falso principio progrediens*, hoc est, pro demonstratione vult haberi principium, quod ponit, quia verum dicat, seu hoc ipsum verum dicere, quod jactat, vult pro demonstratione accipi, cum tamen illud principium, quod pro vero circumfert, sit falsum. GRAEV.

Ibid. Εἴ πῃ) Fors. εἴπερ. Certe sensus est, *numquid antecedentibus satis consonum, falsum tamen sit.* In M. et Fl. *εἴ τι*. SOLAN.

Ibid. Ἀκόλουθόν τι αὐτῷ) Sic *Plato* p. 2. B. *τὸ ὅσιον ταυτὸν αὐτῷ* et *αὐτὸ αὑτῷ ὅμοιον*. Mutarunt Par. *S.* et Amst. ac fecerunt prave *αὐτῶν*. SOLAN.

Ead. l. 11. *Καὶ ψεῦδος*) *Καὶ* cum *Graevio* hic vertit *quamvis*, *Elsnerus* ad Evang. *Joan.* XVII, 25. ubi *καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω, ἐγὼ δέ σε ἔγνων*· quod eod. modo reddit, *etsi mundus te non cognoscat, ego tamen te cognosco*, adducitque *Thucydid.* VI, 16. *Τῶν ἔπειτα ἀνθρώπων προσποίησιν ξυγγενείας τισὶ, καὶ μὴ οὖσαν, καταλιπόντες*, ubi *καὶ μὴ οὖσαν* quoque signif. *quamvis nulla* (cognatio) *intercedat.* Sed cum *Gesnerus* paullo aliter vertat, ego me non interponam: quid enim voluerit Lucianus, ex praemissis satis adparet. REITZ.

Ibid. Λέγοι) Ita, uti conjeceram, M. Reliqui *λέγει*. SOLAN.

Ead. l. 13. *Τεσσαρεςκαίδεκα*] Formam hanc in Edd vett. editam et Codd. Parisiensium auctoritate confirmatam nullo jure *Reitzius* et recentt. Editt. in *τεσσαρακαίδεκα* mutatam dederunt. Certum quidem est et manifestum, requiri h. l. genus Neutrum. Verum non minus certum est, formam compositam *τεσσαρεςκαίδεκα* non solum de omnibus generibus dictam, sed etiam omnino ut indeclinabilem in priore parte vocem per omnes casus occurrere. Quod quidem luculente patet ex iis exemplis, quae maximam partem studiose congesta *Stallbaumii* liberalis amicitia mecum communicavit. Cum Substantivo Neutrius generis occurrit, e. g. *ἕτεα τεσσαρεςκαίδεκα Herodot.* I, 86. *ἔθνη τεσσαρεςκαίδεκα Strab.* VII. p. 323. Ed. Casaub. III. *ἔτη τεσσ. Herodian.* V, 3, 7. et *Appian.* Syr. 48, extr. *μέρη Plutarch.* Apophth. p. 146. Ed. Bas. Non per casus flexum deprehendas e. g. *ἐτῶν τεσσαρεςκαίδεκα Polyb.* XV. pag. 530. et *Herodian.* VII, 1. in *ἐθνῶν τεσσαρεςκ. Strab.* IV. p. 189. *ἀνδράσι τεσσαρεςκ. Athenaei* L. XIII. cap. 89. *ἔτεσι τεσσαρεςκ. Herodian.* VI, 9, 5. et 15. *δήμους τεσσαρεςκ. Strab.* IX. p. 434. *τοὺς ἐλευθέρους τεσσαρεςκ. Xenoph.* Memorr. II, 7, 2. Weisk. Contra *τετταρακαίδεκα* cum Foeminino *ἡμέρας* apud *Diog. Laërt.* X, 15. Quin etiam ordinalis numeri formae promiscue in usu erant, nunc *τετταρακαιδέκατος Diog. Laërt.* X, 40. nunc *τεσσαρεςκαιδέκατος Herodian.* VI, 1, 15. et VI, 2, 5. Lehm.

Ead. l. 14. *Ὅτου*) Ex Ed. *J.* est. Reliquae *ὅτε*, et ipsi Codd. M. et P. nisi quod hic *ὅτι* praefert. Solan. *Ὅποι* restitutum cupit *Belinus.* Bip. Satis quidem importune. Leun.

Pag. 105. l. 3. *Σημειά τινα*) Sic enim ea definit *Euclides*: *Σημεῖον ἐστὶν, οὗ μέρος οὐδέν· γραμμὴ δὲ μῆκος ἄπλατές·* quae nullo pacto consistere posse credunt Epicurei. Brod. Et in primis illis Geometriae definitionibus, quod jure quis carpat: dicendum enim fuit, *superficiem* esse extrema corporis, in quo corpore crassities quidem, sed cujus in superficie nulla habetur ratio. *Lineas* vero extrema superficiei, quae non tota jam, sed divisa in partes contiguas consideratur, nulla latitudinis, quae ceteroquin superficiei inest, ratio habita: *Puncta* linearum extrema, sive id, in quo lineae duae visae partes se mutuo contingunt. Atque haec quidem vera firma et inconcussa maneant: neu si quid in eo edisserendo aut definiendo a Geometris peccatum, arti certissimae et praestantissimae fraudi sit. Quod si in rebus hujusmodi cujusquam auctoritas valeret, Luciani certe nulla ratio habenda foret, qui se Mathematicarum disciplinarum rudem omnino prodit. Vide, quaeso, si non memineris, quam

ierite Pythagoreorum symbolicam figuram in Pro Laps. de-
cripserit c. 5. Vide etiam, quam iniquus sit in viros illos
ummos, qui Mathesin excoluerunt, Hipp. cap. 3. Solan.
mperitiae quidem et ignorantiae rerum geometricarum, quam
t *Wielandius* ad h. l. *Luciano* satis confidenter exprobrat,
quidem ingenue fateor testimonium in hoc auctoris judicio
ne non invenire posse. Callide enim noverat Euclideas de-
initiones, quibus universa geometria tanquam fundamento
uo, tum a veteribus fere Mathematicis, inaedificari solebat,
tum etiam a plerisque hodiernorum solet. Neque est, quod
credamus altiora eum hujus disciplinae decreta ignorasse,
quum id ipsum h. l. ab eo vituperetur, quod a falsis princi-
piis vulgo geometrici profecti saepe his falsis falsa alia ad-
nectant, ita tamen, ut recte alterum ex altero, et vero ne-
cessario, consequi videatur. Quid, quod non multum abest,
quin mihi persuadeam, Lucianum nostrum, etsi raro Ma-
thematices mentionem injiciat, peritiorem certe ejus fuisse,
quam, qui eum tam graviter notarunt, *Solanum Wielandium*-
que. Recte enim ille vidit, quod hi non viderunt, licet mo-
niti, *punctum* e. g. non definiri posse lineae partem, cui ipsi
nulla sit pars (ἀμερής), vel quae dividi non possit; quoniam
sic punctum e finibus geometriae, in qua de rebus mensura-
bilibus, ergo de sensibilibus, agitur, prorsus relegatur in
regionem, quae omnem sensuum aciem excedit. *Putre* ita-
que sane dici poterat geometriae *fundamentum* (σαθρὸν θεμέ-
λιον) et quae hinc concluduntur, aut falsa sunt, aut, si vera
sunt per se, illinc certe non recte consequuntur. Sic fere et-
iam *Belinus* de hac auctoris sententia judicat. Quod autem
nec Euclidis auctoritatem noster ita reveretur, ut ei totus as-
sentiatur, id non intelligo, quomodo mirum habere possit
eum, qui hunc scriptorem norit nulli qualicunque formulae,
sed solius sanae rationis effatis, addictum. Miror contra,
in hac ipsa certissima, quam *Solanus* vocat, disciplina hos
Euclidis, quem ceteroquin maximi semper feci, errores per
tot secula a praestantissimis quoque Mathematicis accipi, te-
neri et tradi potuisse. Haec de h. l. dicta sufficiant. Quem
superiorem locum Pro Laps. 5. *Solanus* in memoriam revocat,
unde Luciani imperitia geometriae demonstretur, neque il-
linc probatur mihi quidem id, quod vult *Solanus*. Penta-
grammum enim illud Pythagoreum breviter quidem ibi ab
auctore describitur, vel potius adnuitur tantum, ut ad eum
lectorem, cui plura dici non opus esset, sed tamen non falso,
nec obscure, id factum largietur, si quis non plane ejus rei
sit rudis. De Hippiae autem loco c. 3 ubi iniquitatis in sum-

mos Mathematicos nomine auctorem accusant iidem *Solanus* et *Wielandius*, suo tempore agetur. Nunc saltem impetitian rerum Mathematicarum, atque adeo stupidissimam, i. e pessimi et maxime contemnendi generis, insolentiam, quae ab insania non longe distat, ab hoc politissimi ingenii judiciique elegantissimi scriptore vel maxime alienam fuisse ostendere volebam. LEHM.

Ibid. Τὰ τοιαῦτα) Ubi legitur σημεῖά τινα ἀμερῆ, καὶ γραμμὰς ἀπλατεῖς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ σαθροῖς τοῖς θεμελίοις τοῦτοι οἰκοδομεῖ τὰ τοιαῦτα, mirum, ni perperam illud ultimum τὰ τοιαῦτα iteratum est ab dormitantibus descriptoribus. JENS Ita et *Wielandio* visum. Sed injuria. Nam si desint h. l. τὰ τοιαῦτα, defore simul patet Objectum enuntiationis. Quaer enim nunc poterit, vel necessario etiam oportebit, quaenam vel qualia, putribus istis fundamentis superstruat geome tria? Respondet ipse Lucianus, τὰ τοιαῦτα, i. e. ἀλλόκοτα οὐδὲ στῆναι δυνάμενα. LEHM.

Ead. l. 10. Καταγνῶναι] *Damnaverint* vertit *Gesner* At loci indoles ostendit, nihil aliud h. l. esse καταγιγνώσκειν quam quod supra c. 30. Charon. c. 21. et saepius, i. e. *rect penitus, cognoscere.* LEHM.

Ead. l. 13. Ἐξομολογήσασθαι) *Jens.* in ferculo liter. p. 9 et 10. existimat hoc verbum solis fere sacris scriptoribus proprium, nec facile alibi reperiri; sed non aegre feret scio, si ei hunc *Luciani* locum opposuero, aliosque ex *Plutarch.* Num. pag. 71. 76. Coriolan. 215. et p. 943. Nec non *Heliod.* L. IX. p. 427. quos adfert *Jac. Elsn.* ad Evang. Matth. III, 6. ut probet, verbum ἐξομολογεῖσθαι etiam profanis scriptoribus non inusitatum esse. REITZ.

Ead. l. 14. Πράγματα παίδων ἔχοντες) *Puerilibus quibusdam nugis vacare.* BRUD.

Pag. 106. l. 1. Παραμυθίαν) Confer supra Diall. Mort XV. §. 3. SOLAN. Illa *Solani* citatio nihil aliud vult, quam *Juntinam* Ed. ibi male habuisse παρὰ μυθίαν· quod vitium I quoque cum obsideret, ex aliis et collatione hujus Lucianei loci id sustulerat *Solanus*. At id in variantibus lect ibi non comparet. Nec refert. Id autem omissum, qu Edit. *Junt.* in qua editionum varietates notaverat noste non possidebat *Hemsterh.* Etsi forsan, si possedisset, eju modi minutias non adnotasset. Cur autem nos notemus, praefatione dicendi locus erit. REITZ.

Ead. l. 12. Ἢ ἰδόντες) Angl. εἰδότες. BOURD. Εἰδό A. P. et L. Melius, quam quod in cett. et ipso M. ἰδόντ SOLAN.

Pag. 107. l. 2. *Καὶ λήθη — πρὸ Εὐκλείδου*) Duo inveniuntur Euclidae inter Archontas, quorum nomina supersunt. Primus anno 2. Olympiadis 88. quinto anno belli Peloponnesiaci, de quo non est hic sermo. Alter anno 2. Olympiadis 94. quem intelligit hoc loco Lucianus: eo enim praeturam obtinente facta est amnestia, ut narrat *Xenophon* Lib. 2. Hellenic. Ideo saepe apud auctores historiae et rhetoras fit mentio *τῶν πρὸ Εὐκλείδου*, quorum non licebat meminisse, nec exprobrare, et eo anno Atheniensium respublica instaurata fuit, facta inter cives pace. Palm. Apud *Montfaucon* in Biblioth. Coslej. p. 490. in Excerptis inscriptis *Συνταγὴ λέξεων χρησίμων ἐκ τῶν τοῦ Λουκιανοῦ*, ad h. l. haec leguntur: *Τὰ πρὸ Εὐκλείδου νῦν ἐξετάζοντα. Παροιμία. Ὅτι ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν Ἀθηναίων περιγενόμενοι τριάκοντα τυράννους ἔστησαν παρ' αὐτοῖς, οἵτινες τῶν πολιτῶν ἐπὶ ταῦτα κακῶς ἐκέχρηντο τοῖς λοιποῖς. καταλυθέντων οὖν τῶν τυράννων, καὶ γινομένου μετ' αὐτοὺς Εὐκλείδου ἄρχοντος, ἵνα μὴ μνησικακήσωσιν ἀλλήλοις οἱ πολῖται, συνθήκας ἐποίησαν, ὥστε τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἄκυρα εἶναι.* Quae ideo hic repeto, ut cum superiore Scholio conferri, et videri queat, idem esse, sed nonnulla aliter legi. Adde, si lubet, Schol. et Commentatores ad *Aristoph.* Plut. v. 1147. Reitz.

Ibid. Πρὸ Εὐκλείδου) *Ἀμνηστία.* Guyet. Vide Scholia, *Καταπλ.* c. 5. Solan.

Ead. l. 6. *Τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις*) *Τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις οὐκέτι θαυμαστάς τινας, ἡνίκα εὐδαιμονήσουσιν οἱ ἐς τὸ ἀκρότατον.* Latinus interpres: *Etenim promissiones admirandas audio, quando qui summum fastigium attigerint, felicitate potientur.* Ἡνίκα hic quam frigeat, nemo non videt. *Luciani* manus dedit: *ἡλίκα εὐδαιμονήσουσιν, ad quantam felicitatem perventuri sint.* Superius in Somnio c. 9. *ἡλίκα τὰ ἀγαθὰ ποριῇ λιθοξόος γενόμενος, quanta bona consequeris, si evadas statuarius.* Sic ἡλίκα apud Nostrum *ἡλίκα θαυμάσια, quam admiranda.* Nitritius. Graev.

Ead. l. 7. *Ἡνίκα*) *Demosth.* 210. C. *θαυμάσια ἡλίκα.* Noipse c. 2. *ἆθλα θαυμάσια ἡλίκα εἴρηκας.* Sed nihil tamen muto; quia *ἡνίκα* necessario retinendum est, ut sententia consulatur, nisi aliter superiora scribantur, hunc in modum: *ὑποσχέσεις ἀκούω θαυμάσιας ἡλίκας, ἃς εὖδ* — quod non adeo elegans foret. Solan. Scripsit *Lucianus*, ut *Graevius* ipse vult, *ἡλίκα εὐδαιμονήσουσιν* etc. Cf. Prom. s. Cauc. 5. *οὐδ' ἂν συνίεμεν* (*οἱ θεοὶ*) *ἡλίκα εὐδαιμονοῦμεν* etc. Sorgutias non puto curandas. Lehm.

Ead. l. 9. *Τὰ τῷ ὄντι ἀγαθὰ*) *Quae haud dubie sunt bona.* Brod. Vid. idem supra Halcyon. sub init. Solan.

Ead. l. 10. *Καὶ Στωϊκῶν τῷ ἄκρῳ*) Melius, quam in Anglic. *ἐς Στωϊκὸν τὸ ἄκρον.* Bourd.

Ead. l. 11. *Τῷ' ἡδονῆς*) M. Fl. *S.* Amst. recte. In reliqq. mendose *ἐφ'*, nisi quod in *J.* excidit litera ε, vel c. Solan. Male *Solanus* Aldinam Ed. incusat, aut saltem non satis expressit, quid illa habeat. Video enim, illam, nimirum Aldinam primam, neque *ἐφ'*, neque *ὑφ'* habere, sed sic: *μήθ' φ' ἡδονῆς.* unde tam *ὑφ'* quam *ἐφ'* efficias, id quod eodem modo in *Juntina* se habuisse, recte observarat idem. Reitz. Non uno modo erravit *Reitzius*, dum *Solani* errore notat. Primum litera *A.*, qua usus est *Solanus* in Editionum quae *ὑφ'* haberent, recensu, non *Aldinam* designat primam quam ille aut per **A. 1.** aut etiam per *Ald.* significare solebat, sed *Amstelodamensem* (vid. Tom. I. Praef. p. CXLVIII.) ac etiam *Anglicanum* Codicem. Ego, ne hic codex cum in Editione commutari posset, a principio hanc institui ac tenui rationem, ut, si *Amstelodamensis* Editio significanda esset, *Amst.* scriberetur, sin Codex *Anglicanus Angl.* aut *A.* Alterum, in quo peccavit *Reitzius* illud est, quod mancam vocem *φ'* in Edd. J. et A. 1. 2. utrum pro *ἐφ'*, an pro *ὑφ'* habeas, incertum esse dicit, quum ob praecedentem adspiratam *θ* in *μήθ'* necessario pro *ὑφ'* habenda sit. Jam quum semel scriptum esset *ὑφ'*, ut scribendum erat, magna cum negligentia *Reitzius* tamen *μήτ' ὑφ'* edidit, male memor adhuc lectionis *μήτ' ἐφ'*. Neque diligentiores erant *Bip.* et *Seyb.* qui ea in re vestigia illius premerent. *Belinus*, vitio animadverso, *μήτε ὑφ'* scribi jussit, et sic adeo *Schmiedero* vere scripsit. At unice rectam lectionem jam nemo non agnoverit ex Edd. tribus vett. modo laudatis. Lehm.

Ead. l. 12. *Φθόνου δὲ κρείττονι*) Vid. supra ad c. 12. hujus Dial. vel c. 19. de Merc. cond. ubi de hac phrasi, perfacili, sed interdum non intellecta, paucis egi. Hic tamen plus videtur significari. Nam *invidia major*, est quidem, *qui non perturbatur invidia, qui spernit invidiam*, vel cui ei nocere non potest, ut *Horat.* 2. Od. XX. — *Invidiaque major urbes relinquam.* Sed et potest invidia tam activa, quam passiva, simul intelligi, id est, qui neque invidet alteri, neque curat, si alter illi invideat, utrumque enim philosophum decet. Reitz. Nimium hic quaerit *Reitzius.* Passiones animi variae recensentur a Lycino, quas a sapiente sua alienas esse vult, dolor, voluptas, ira, invidia, divitiarum amor; atque adeo *φθόνον κρειττων* nihil est, nisi *invidere ne-*

cius, ut cap. 12. θυμοῦ κρείττων, *ira superior*, et De Merc. Cond. c. 19. extr. κρείττων χρημάτων, *quem non regit habendi cupido*. Unice itaque active capienda est h. l. *invidia*, non simul passive. LEHM.

Pag. 108. l. 2. Κᾶν πάντα πλείω ἔχῃ) *Vorst.* legit κᾶν κατὰ πάντα πλεονεκτήσῃ τὰ ἄλλα. SOLAN. Non opus erit emendatione *Vorstii*, si cum Ms. Reg. 3011. legas, κᾶν τὰ πλείω ἔχῃ. BIP. Neque hac haud dubie mutila lectione opus est ad restituenda *Luciani* verba, quae, uti dudum vulgantur, omnino recte habent. Formulam quidem πάντα πλείω ἔχειν per se nemo improbare potest, qui illud Promethei contulerit Dial. Deor. I, 2. καὶ τί πλέον ἔξω; et illud *Isocratis* Paneg. c. 1. οὐδὲν ἂν πλέον γένοιτο τοῖς ἄλλοις. ubi vid. *Morus:* Significat *omnia*, *quaecunque quis concupiverit*, *nactum esse*; h. l. *quaecunque ad summam felicitatem efficiendam conferunt*. Quod autem πάντα dicit auctor, quum tamen praecesserit: καὶ κατὰ μικρότατον ἐνδέων, non id mihi aeque *ridiculum* est, ac *Belino:* nam non lego πάντα ἔχῃ, sed πάντα πλείω ἔχῃ, quae ita sunt dicta, ut *minima* aliqua pars etiam deesse cogitari possit. Imo vero *Belinianum* τὰ πλείω (*plurima*) ἔχῃ, quod etiam *Schmiederus* adoptavit, aliquantum habet languoris, cum ob illud ipsum κατὰ μικρότατον major jam vis requiratur, quam quae vocibus τὰ πλείω inest. Ceterum integram hanc sententiam: ὁ γὰρ — πλείω ἔχῃ perspicuitatis gratia parenthesi notis designare placuit, quum *Gesnerum* animadverterim sequentia deinceps verba nimis contorte interpretatum esse: *Hoc vero si sit, non est, nondum, inquam, est beatus*. Vertit itaque, ac si ita distinguatur: εἰ δὲ τοῦτο, (scil. ἀτελής ἐστι) οὐχὶ οὐδέπω εὐδαίμων. At vulgo rectius distinguunt: εἰ δὲ τοῦτο οὐχὶ, οὐδέπω εὐδαίμων, i. e. *hoc vero* (quod antecedentibus οἴῳ μήτε λυπεῖσθαι — βίου expositum erat) *non sit, nondum beatus dicatur*. Hinc patet caussa, cur parenthesin instituerim. Quam si tamen improbes, per me licet τοῦτο etiam e proxime praecedente ἀτελής explicare τέλειος. LEHM.

Ead. l. 11. Ἔξω τοῦ οὐδοῦ ἐστι) Τῆς ὁδοῦ in omnibus, quae in M. et L. legitur: absurde. Quis enim *extra viam* recte *eum* dici ferat, *qui foribus adstat?* Audacter itaque repositum τοῦ οὐδοῦ, ut *extra limen*, quod rei accommodatissimum, non jam dicatur. Poëtica quidem est vox οὐδός, sed *Luciano familiaris*. Sic De Merc. Cond. c. 23. πάντα γὰρ ταῦτα, ἵνος, τὴν ἐλευθερίαν, τοὺς προγόνους, ΕΞΩ ΤΟΥ ΟΥΔΟΥ ἀείψων ἴσθι etc. Adde Pro Merc. Cond. c. 5. De Dom. 18. et Demosth. Encom. c. 49. Eodem argumento ute-

bantur Stoici, quo probarent omnia peccata esse aequalia apud *Diog. Laërt.* p. 192. F. *καὶ γὰρ ὁ ἑκατὸν σταδίους ἀπέχω Κανώβου, καὶ ὁ ἕνα, ἐπίσης οὐκ εἰσὶν ἐν Κανώβῳ.* Quod e *Suidas* affert in v. *Κανωβ.* Emendationem hanc reperies i notis *Jo. Clerici*, ad fragm. Menandr. pag. 250. editis mens Septembr. anni 1709. cum ego jam in specimine meo, quo prodiit mense Februar. anni 1708. publici juris feceram. So LAN. Veritate victus recepi *Solani* emendationem, et mut vi *Gesneri* versionem, pro *viam*, *limen* reponens. In Ed variationem non aliam reperi, quam quod *Ald.* et *Hag.* h beant *ὁδοῦ ἐσμεν*, enclitice. Aliae *ἐσμὲν* cum accentu. quamvis *ἐστι* hic quoque accentum amittere debeat, expres tamen Mss. scripturam. REITZ. Ergo librariorum qualiu cunque auctoritatem majoris aestimavit, quam rationis; c quidem omnino adversaretur accentus. Encliticas autem v ces prae ceteris omnibus maximam librariorum incuriam v licentiam expertas esse constat, ut ipsum vulgatum *ἐσμὲν ἐσμεν* promiscue scriptum docet. *Solani* autem egregia emendationem probavit etiam Censor Edit. *Reitz.* in Nov Actt. Erudd. a. 1745. et receperunt, ut par erat, recen Edd. LEHM.

Ibid. *Ἔστιν*) Sic M. et L. Melius, quam ut in reliq est, *ἐσμέν*. SOLAN.

Ead. l. 14. *Πλησίον*) Haec vox in Par. nescio an cons to, certe prave, mutata est; *πλέον* enim ibi legitur. In o nibus impr. et M. recte *πλησίον*. SOLAN.

Pag. 109. l. 2. *Ἐν ἀχηδίᾳ*) *Piersonius* ad *Moer.* Attici (p. 61.) emendabat *ἐν ἀηδίᾳ*, assentiente *Belino*. BIP. *δίας πολλὰς ὑπομένειν* vel *ἀνασχέσθαι* De Merc. Cond. c. 8. 33. Praestare tamen h. l. mihi videtur *ἀχηδία*, *incuria rerum suarum*, *imprimis domesticarum*, *neglectus*, qualis e Stoicorum maxime; cf. cap. 10. quo et ipso loco *κήδεσθα* eadem re. LEHM.

Ead. l. 4. *Εἴκοσιν ἔτη*) Vid. supr. c. 59. fin. SOLAN.

Ead. l. 5. *Ἤ τίς ἐγγυητὴς*) Mira sunt haec. *B.* 2. *εἰ* hilo melius M. *ἢ*. Quid scripserit Lucianus, nescio; c nihil horum. SOLAN. Scripsit *εἰ*, quod et B. 3. exh Sic *ἢ* et *εἰ* confusa supra c. 20. quo loco *ἢ* vulgo editum, in iisdem B. 2. et 3. servatum genuinum *εἰ*. Vid. ibi *Ad* H. l. miratur *Seagerus* in Class. Journ. Vol. XIII. p. 73. ram lectionem B. 2., quam *Solanus* ob oculos habuerit, stidiose ab eo sperni potuisse. LEHM.

Ead. l. 8 *Λιώκοντες οὐ κατέλαβον*) Sic fere in Novo dere, epist. ad *Rom.* IX, 30. *Ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δι*

ίνην, κατέλαβε δικαιοσύνην. Ad quae verba *L. Bos* p. 114. t: *Διώκειν* proprie dicitur, qui fugientem persequitur: *κατα*λαβεῖν vero, qui eum, quem persequitur celeri cursu, comehendit. Duo haec verba juncta, uti hic, reperiuntur ud *Comicum* in Thesmophor. *Ἔτ' ἂν καταλάβοις, εἰ διώ*ις ταύτῃ; *Adhuc ipsum comprehenderes, si insequereris hac?* pud *Dion. Halic.* L. V. p. 313. *ἢ οἱ διώκοντες κατελάμβανον.* t *Artemid.* L. I. pag. 295. *οὐδὲ δραπέτην διώκων καταλάβοι.* aec ille. Sic Latini *persequi*, pro, hostili animo fugientem ersequi, et aliquid sequi, donec acquiras, in bonam pármm; vid. *Ambigua* nostra, ubi et exempla quaedam Graeca erbi *διώκειν* dedimus, pluraque jam dare possemus, nisi aec satis nota arbitraremur. Minime tamen vulgaria erant, uae ibidem ex doctiss. consobrini *Abreschii* Observatt. ad *Iesych.* petenda indicavimus; quaeque videantur in Obseratt. Miscellan. ab eruditis Britannis inchoatis, Vol. V. T. II. anni 1735. p. 92. ubi docemur, *διώκειν* generaliter siignificare *celeriter currere*; adeoque interdum etiam de fugiente ici, velut *Hesych. διώκειν* etiam interpretatur, *μεθ' ὁρμῆς εὐγειν*, ac *Thucyd.* VIII. c. 102. *Τὴν δίωξιν εὐθὺς ποιούμε*ι· quod aliis exemplis probat idem *Abreschius* ibidem REITZ. Quod modo praecesserat, *αἱρήσειν διώκων*, (ubi nimadverte adjunctum *τυγχάνειν* pro eo, quod deinceps poitur *καταλαμβάνειν*) conferas cum *αἱρεῖν διώκουσα* Diall. eor. XIX, 2. de Diana dictum, quae *studeat* capere feras. EHM.

Ead. l. 9. *Ἀλλὰ καὶ κατάλαβε*) Satis absurde *Obsopoeus* erterat, *sed esto, si videtur te comprehendisse*, quasi *κατέλαβε* geretur; quod tamen non posse fieri, sequens *ἔχε* satis doere poterat: at forsan voluit, *si videtur, te comprehendisse*, ro *si videris comprehendisse*, tumque nimis ambigue. REITZ.

Ead. l. 14. *Τῇ σορῷ*) Id verum esse, jam dixi supra in polog. cap. 13. *Brod.* Misc. IX, 16. f. ait: Hoc enucleat *rasm.* in proverbio, *alterum pedem in cymba Charontis habere.* ed pro *τῇ σορῷ* scribit *τῇ σοφῷ*, non sua, sed operarum cul. Interim genus recte ibi expressit. REITZ.

Ibid. Ἄλλον — βίον) Hoc vero est, quod nos Christiai, firmissimis ducti rationibus, auctore ipso Deo, speraus: quos adeo nihil eorum, quae hic a *Luciano* adducunr, ab instituto retrahere aequum est, cum ne nos quidem ingant. Quamquam neque tantam ejus rationibus inesse im, rem recte reputans invenies, ut vel a philosophiae udio homines Ethnicos deterrere prorsus valeant. Etsi nim perfectionem illam omnibus suis numeris absolutam as-

sequi non dabatur, ope tamen philosophiae et meliores seu et beatiores iis, quos sapientiae nulla cura tenet, evasuros in hac vita, ad virtutis sapientiaeque studium satis magnum momentum videri decuit. Neque ea *Luciani* mens, ut homines a sapientiae studio retraheret, sed ut a futilibus Logicorum tricis atque captionibus aliisque philosophiae sui temporis vitiis ad vitam recte atque honeste instituendam, ut in sequentibus videbis, revocet. Quemadmodum *Isocrati* operam dantes irridet apud *Plutarchum* M. Cato, in ejus schola senescentes, *apud inferos, si Diis placet, arte usuros*, p. 641. Confer autem Nostrum Bis Accus. c. 21. ad quem locum eadem dicta putes. SOLAN.

Pag. 110. l. 9. *Διατρίβετε*) Conf. infr. Qu. Hist. Consc. c. 7. SOLAN.

Ead. l. 13. *Ἄφικτα*) Angl. et Ms. *ἄφυκτα*. BOURD. Lege *ἄφυκτα*. GUYET. *Ἄφυκτα* B. A. et M. Reliqui corrupte *ἄφικτα*. SOLAN. Proprie enim *ἄφικτος* de luctante, *qui aufugere non potest*, Anachars. c. 2. *ἄφυκτον* autem de loco vel conditione, *unde quis elabi non valet*. Solennis sic imprimis formula *ἐν ἀφύκτῳ εἶναι*, vel *ἔχεσθαι*, ut Deor. Diall. XVII 1. de Marte in vinculis Vulcani haerente. Cf. Anachars. c 29. Transfertur sic ad disputationes captiosas, quibus adversarius impediatur ita, ut se expedire nequeat. Bene itaque De Merc. Cond. c. 3. cum *πάνυ εὔλογα* conjungitur, *καὶ ἄφυκτα*. Et h. l. *ἐς ἄφυκτα ἐμβαλεῖν* optime cadit in eos philosophos, qui versutis quaestionibus et argumentationibus alter alterum illaqueare student, donec adversarius se victum confiteatur. Lectio vulgata *ἐς ἄφικτα* ex imprudenti vocis *ἀνέφικτος*, quae et ipsa passim apud nostrum scriptorem occurrit, ut supra cap. 67., commutatione orta esse videtur. LEHM.

Pag. 111. l. 6. *Ὀλκοῦ*) *Ὀλκὸν* de corpore serpentis dici, idoneus auctor *Nicander θηριακ.* pag. 162. et praesertim 166. *Ὀλκῷ δὲ τροχόωσαν ἅλων' εἱλίξατο γαῖῃ*. Caeterum *tractum* etiam Latini, certe poëtae, dixerunt non minus, quam *volumen*. *Germanicus* in *Arateis* 424. de hydro, *tractu subit ille leonem*. Add. *Nemes.* ecl. 4, 40. *torto non squamea tractu Signat humum serpens*; ubi *Burmannus* et *Germanicum* laudat, et *Ovid.* Met. 15, 725. Itaque non male *ὁλκὸν*, qui *ἀπὸ τοῦ ἕλκειν* sit, ut a *trahendo tractus*, sic reddi arbitrabar. De *volumine* res nota. GESN.

Ead. l. 7. *Ἐχέας*) Vid. supra Piscat. cap. 24. SOLAN. Praeterea ad hoc verb. notabat idem *Solanus*, *ἐχέας* in *J. H.* et Fl. legi. Sed et legitur in reliquis, certe in *Ald.* 1. et *S.*

An igitur dubitavit, num ἐνχέας (ἐγχέας) praestaret? quia *infusam in mortarium aquam* recte vertitur. Sed nihil opus: nam aqua prius aliunde effunditur, ante quam infundatur in mortarium. Nec quidquam novi est, praepositionem sequi contrariam illi, cum qua verbum est compositum. Sic enim supra Dial. omnium primo §. 15. πρὸς μὲ ἀπιδοῦσα, ubi πρὸς et ἀπὸ *ad* et *ab* tamen junguntur, vel potius sese excipiunt. Sic Latinis oculos omnium in se *avertit* et *advertit* eod. sensu dicitur, (quod jam diximus in libello nostro de Ambiguis.) Ita fere de Domo c. 3. f. λαλοῦσαν ἐκ τῶν πετρῶν ἔνδοθεν. *Arrian.* de Exped. Alex. 2, 1. ἐς Μακεδονίαν ἀποστρέψων τὸν πόλεμον. Ubi εἰς et ἀπὸ quoque sunt opposita; sed pro ἀποστρέψων etiam ἐπιστρέψων dici posset, exiguo quidem discrimine. Ita ἐκφέρειν εἰς δῆμον, *efferre in vulgus*, notum. Reitz. Si relegisset *Reitzius* ea, quae *Solanus* ad Pisc. c. 24. breviter quidem, sed satis clare, declaravit, vidisset illum ἐνχέας h. l. mendose scriptum judicasse, hoc ipso vero loco satis religiose monuisse nihil in Edd. variae lectionis reperiri. Recte tamen *Reitzius* cuicunque emendationi sese opponit, nec male defendit vulgatam lectionem. Lehm.

Ibid. Πτίττοι — πτίττων) Scholia, πτίσσων vel πτίττων. M. autem hic πτήττων, et supra πτήττοι. Quod emendationem *Kusteri* apud *Suidam* in ἂν ἀπολῇς etc. egregie confirmat. Vid. *Plut.* 799, 2. Impressi omnes πλήττ —. Solan. Sic et Cod. 2954. Sed Codicis 3011. lectio a *Belino* non enarratur; unde, si de *Belini* constanti accuratione constaret, colligi posset, lectionem *Reitzianam*, quam *Belinus* sequi solet, ibi confirmari. Quidquid sit, certissima est Scholiastae lectio, quam tum Codicis M. πτήττων et πτήττοι, tum *Suidae* vox πίσσων a *Kustero* feliciter emendata, confirmant. Pro *Lucianeo*, ἂν ἀποβάλῃς, *Suidas* refert ἂν ἀπολῇς, minimo discrimine. Hoc autem turpiter corruptum reddit *Erasmus* Adagg. Chil. II. Cent. 1. n. 59. ἀναπολεῖς. Lehm.

Ead. l. 11. Οὕτω μὲν ὀργίλος) Quaerit Lucianus, num Hermotimus excepta eruditione, velit praeceptori suo similis esse, οὕτω μὲν ὀργίλος, οὕτω δὲ μικρολόγος, οὕτω δὲ φιλόνεικος ὤν, καὶ φιλήδονος, νὴ Δί', εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ. *EPM.* τίσι γε; *ΛΤΚ.* ὦ Ἑρμότιμε, θέλεις διηγήσομαι. Primo male μικρολόγος vertitur *ita minutus*, cum sit *sordidus*, avarus; dein quid interrogatio τίσι γε sibi velit, non video. Nam cum dixisset Lucianus, velisne praeceptori tuo praeter doctrinam similis esse, cum sit tam iracundus, tam sordidus, tam rixosus, et voluptatis per Jovem amans, licet multis non videatur talis esse? subdit Hermotimus: *Quibusnam?*

Sed Lucianus subjicit narrationem de sordibus et iracundia alterius philosophi senioris, quae quaestioni Hermotimi non conveniunt. Cum tamen omnino ad convincendum Hermotimum ostendendum fuisset, quibusnam videretur esse φιλόδοξος; nec quicquam soleat omitti a Luciano, quod ad Hermotimi pertinaciam expugnandam faciat. Itaque haec cum accuratius expendissem, persuasi mihi, levi mutatione locum hunc foede inquinatum sic posse purgari: *εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ. τί σιγᾷς, ὦ Ἑρμότιμε. Quid taces, Hermotime.* Maxime hanc meam emendationem firmat antiquissima editio Luciani *Flor.* anni 1496. quam primam esse puto, in qua legitur quidem *τισί γε*, sed sine distinctione personarum. Sic enim illa habet: *εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ τισί γε ὦ Ἑρμότιμε.* Aequis lectoribus non difficulter, spero, me probaturum, hic me non fefellisse divam Criticen. GRAEV.

Ead. l. 14. *Τί σιγᾷς*) Emend. *Graevii* in textum recipere non dubitavi. Fl. *τισί γε*. Sic cap. 55. Vid. et c. 83. SOLAN. *Τισί γε*) Magnum ingenium *Graevii*, magna optimis artibus parta gloria. Itaque ratio hic reddenda, cur non secutus sim ipsius emendationem. Nempe, quia illam non ex libris protulit: illud vero, quod habent constanter libri, optimam habet sententiam. Jam diu vacillat Hermotimus, jam diffidere suo doctori didicit, jam crapulam viri et rixas supra commemoratas aliis, quam ante, oculis intuetur. Igitur cum dicit Lycinus, An illius velit esse similis? et in fine ponit ea verba, quibus docet, profecto vitiosum esse hominem, quantumvis vulgo talis esse non videatur: modeste Hermotimus, et velut immurmurans, *τισί γε*, inquit, h. e. *at quibusdam tamen*, mihi inprimis, postquam opera tua visum recepi, talis videtur, cujus proinde similis esse equidem jam nolim. GESN. *Solani* et *Graevii* periculo lectionem pristinam movere possem, sed mea auctoritate non auderem, etsi eorum conjectura perplacet. *Solanus* quoque personam *EPM.* ante *τί* et *ΑΤΚ.* post *σιγᾷς* deleverat: quod necessarium erat, si cum illo *σιγᾷς* legat. At cum *Gesnerus* commodum sensum ex vulgata eliciat, eam sine Codicis ullius auctoritate immutare fas non est; alioqui fateor, etiamnum mihi adridere *Graevianam* emendationem, tum quia illud *τί σιγᾷς* Nostro usitatum, tum quia non sic solet illud *τίσι γε* usurpare. Immo quo plus considero, eo magis perspicio, nexum orationis id postulare: languet enim alioqui nova illa interrogatio *θέλεις διηγήσομαι;* Si vero praemiserit, *quid taces?* concinnius sequitur, *vin' igitur pergam?* Id est, *quia taces, ego porro narrabo.* Jam vero signum interrogandi, quod post *τίσι γε*

derat in Edd. etiam omisi, quia *Gesn.* sic velle video. Reitz. Vulgatae lectioni, quam tuendam et interpretandam suscepi, illud etiam favet, quod ea, quam restitutam cupiunt *Graevius* et *Solanus*, si inventa esset in antiquis exemplaribus, nemini in mentem venire potuisset vel personam adscribere, vel τί σιγᾷς; lectionem planissimam, in τισί γε mutare. Si quid in hac arte firmum est, illud profecto est, non mutatam esse lectionem planam, facilem, quae nihil dubitationis haberet, in diversam. Neque sic errant descriptores, neque sic emendant. Gesn. *in Addend.* Vulgata verba: τίσι γε; per omnes Edd. vett., excepta Fl., propagata, interpretatus est *Belinus* in versione hunc mirum in modum: *Sur quoi? Du moins . . . .*, paullo melius *Obsopoeus: Quibus tandem? Graecam* conjecturam, qua verba sic immutantur: τί σιγᾷς; et Hermotimo adscribuntur, praeter *Solanum* etiam *Wielandius* probavit et in versione vernacula secutus est. *Reitzianam* denique lectionem τισί γε, in Ed. *Flor.* repertam, non solum *Gesnerus* expressit et defendit, sed receperunt etiam recentiores editores. Mihi quidem *Graeviana* emendatio pariter ac *Gesneri et Reitzii* ut ingeniosa admodum ac perbella, ita tamen nimis audacior visa est, quam cui locus dari posset; praesertim quum *Gesneriana* vulgatae lectionis defensio, quam *Wielandius*, nimium contraria sententia captus, jejunam minimum et frigidam (schaal und frostig, um nichts aergeres zu sagen) vocat, mihi quidem ut satis commoda et perita visus quam satis fecerit. In praecedentibus autem Lycini verbis: καὶ φιλήδονος, νὴ Δί'. εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ, explicandis non possum cum *Gesnero* facere, cujus quidem versionem: *aeque voluptuarius, (talis enim est) per Jovem, licet vulgo talis non videatur*, nemo, opinor, probabit, qui formulae καὶ νὴ Δία usum et vim imprimis ex nostri scriptoris usu cognoverit. Vid. ad Prom. in Verbb. c. 6. Tom. I. p. 7. sq. Gravissime enim omnium notatur h. l. doctoris voluptatum cupiditas, quam verissime (νὴ Δία) asserit auctor inesse, etsi vulgo non ita videatur; ob incredibilem scitam *dissimulantiam*, qua quum palam mirificam morum gravitatem affectet, in obscuro tamen omnis generis deliciis immoderatissime et impudentissime indulgeat. Contulisse juvat simillimi sensus colorisque locum Diall. Mortt. X, 8. recensitis jam compluribus, quae philosophus mortuus honore jubetur, nunc Mercurius pergit: νὴ Δία καὶ χρυσοῦν γε τουτὶ καὶ ἡδυπάθειαν δὲ, καὶ ἀναισχυντίαν, καὶ ὀργὴν, καὶ ὑβριστὴν, καὶ μαλακίαν· οὐ λέληθε γάρ με, εἰ καὶ μάλιστα ἐπικρύπτεις αὐτά. Lemm.

Pag. 112. l. 2. *Τινὸς λέγ. ἀνδρὸς*) Non possum hic cum viro eximio et de me optime merito sentire, qui haec de alio philosopho dicta vult. Dicuntur certe de Hermotimi magistro, sive is Thesmopolus fuerit, ut superius innui, aut alio quovis nomine notus homo. Miror autem in toto hoc Dialogo Luciani non solitam moderationem, qua hominis sordidissimi nomen reticere sustinuit. Unde colligo, omnia ejus opuscula, in quibus nominatim in sui temporis homines invehitur, ab eo post XL. aetatis annum scripta. SOLAN.

Ead. l. 6. *Ἕνη καὶ νέᾳ*) Vid. *Aristophan. Schol.* ad Nub. Act. IV. Sc. 1, 1. ubi fuse enarrat, qua ratione id nomen ultimo mensis diei inditum sit, quia eodem die luna et desinit et incipit. Adde et *Plut.* in Solone, p. 168, 1. SOLAN. Quae mox vulgo edebantur verba: *καὶ ἐπὶ τοῦτα ἠγανάκτει*, intelligi plane non potest, quomodo per tot secula sic conservari potuerint; praesertim quum genuina ipsa Editoribus ob oculos versata fuerint. Primum enim illa absurdam continent repetitionem rei jam commemoratae, adeo illam absurdam, ut etiam *Gesnerus* ea pro lubitu quidem, sed sensum tamen elegantem suum secutus, in versione plane omittere decreverit. Deinde sequentia verba: *παρεστὼς ὁ θεῖος* patet nullo vinculo cum illis necti, atque adeo orationem sic reddi admodum inconcinnam et asperam, qualem vix unquam in *Luciano* invenias. Denique quaeso quis usquam legerit phrasin *ἐπὶ τὶ ἀγαναχτεῖν*; Nihil itaque certius est, quam, praeeuntibus Codice L. et Edd. J. et B. 3., legendum esse: *Καὶ ἐπεὶ ταῦτα ἠγανάκτει, παρεστὼς ὁ θεῖος* etc. Et sic *ego* confidenter correxi. LEHM.

Ead. l. 8. *Ἰδιώτης*) Non simpliciter *hominem privatum* significare, sed *ἄμουσον*, *rudem* et *incultum*, ex addito *ἄγροικος* adparet, et ex aliis, quos adduxit *Jens.* Vid. supra ad c. 67. Adde, si lubet, *Elsner.* ad Act. Apost. IV, 13. REITZ.

Ead. l. 11. *Ἐκτετίκαμεν διάφορον*) Recte ibi interpres. Est enim *διάφορον* ex *Suid. τὸ τίμιον*, *merces*. Caetera hujus Dialogi antea sum interpretatus. BOURD. Conf. infr. Amor. c. 8. SOLAN.

Pag. 113. l. 2. *Δίκην ἔφυγον*) Scribo *ἔφυγεν*. BROD. Sed quia *S.* hoc jam habet, ego *ἔφυγε* propter euphoniam scribere non dubitavi. REITZ.

Ibid. *Ἔφυγεν*) W. Cod. et plerique impressi *ἔφυγον*. *S.* recte mutavit. SOLAN.

Ead. l. 4. *Αὐτοῦ ἐλάβετο*) *Quod cum manu prehendisset.* BROD.

Ead. l. 6. *Τὸν κάδην*) *Cadum, ut symbolum daret ac deponeret.* Brod. Sed vide, quam parum recte *κάδην* scribat, pro *κάδον*. Reitz.

Ibid. Τὸν κάδον) Mirum est, in editis legi ὅτι αὐτοῦ ἐλάττω, ὑπὸ κόλπου ἐκκομίζοντος τὸν κάδην. Quid est *κάδης*, aut ubi invenitur? leg. *κάδον*, hoc est, *vini cadum in sinu efferentis.* Quae mox addit de crocodilis, et cornibus, intelligenda sunt de syllogismis Stoicorum, quos sic nominarunt. Vide superius in Vit. Auct. (c. 22.) Pagina seq. ὁ φιλόσοφος ὅρα οἵαν ἀπόκρισιν ἀπεκρίνατο, ὦ Ἑρμότιμε, ὡς πρεσβυτικήν. Vertitur: *vide, mi Hermotime, cujusmodi responsum, quam sene dignum philosophus ille reddiderit.* Atqui πρεσβυτικὸν responsum est *anile responsum*, ut patet ex sequentibus: ἐπεὶ καὶ αἱ γύθραι τοιάδε λέγουσι περὶ τῶν παιδίων ὡς ἀπιτέον αὐτοῖς ἐς διδασκάλου· καὶ γὰρ ἂν μηδέπω μαθεῖν ἀγαθόν τι δύνωνται, ἀλλ' οὖν φαῦλον οὐδὲν ποιήσουσιν ἐκεῖ μένοντες· *siquidem etiam aniculae talia de pueris dicunt, nimirum ad magistrum illis eundum, quam licet boni nihil possint discere, nihil mali tamen committent, dum ibi manebunt.* Graev. Mirum est, in omnibus impressis, si a Fl. et J. abeas, *κάδην* hic legi. W. recte *κάδον*. Solan.

Ibid. Ἔχοι) Antiquiores Edd. et ipse M. ἔχει. *B.* 2. et Par. ἔχῃ melius. *S.* et *A.* rectius ἔχοι. Solan. Vix obsequerer *Salmuriensi* soli, nisi res ita manifesta foret, ut paullo supra in ἔφυγε pro ἔφυγον. Sed eo ipso, quod M. non ἔχῃ, sed ἔχει habet, adparet, eum ἔχοι dare voluisse; ideo vulgatum ἔχῃ securus ejeci. Reitz. Ἔχῃ habent etiam Codd. 2954. 3011. et Ed. B. 3. Variationis hujus caussa quaerenda et h. l. in istius aevi pronuntiatione literarum η, οι et ει, ut supra c. 78. προγυμνάζεις legebatur, et —οις, et —ης. *Belini* conjecturam ὡς ἄν ἔχοι nihili esse, non opus est, ut denuo demonstretur. Lehm.

Ead. l. 11. Ὁ Κροκόδειλος) Hoc ante explicatum est, atque etiam illud καὶ κέρατα ἀναφύει. Brod. Vid. supra, Dial. Mort. I. non ita longe ab initio, et Vit. Auct. c. 22. Solan. Studio expressi *Brodaeanum* ὁ pro ὡς, etsi festinantis aberrationem credo. Reitz.

Pag. 114. l. 1. *Κέρατα*) Vid. iterum supra Dial. mort. I. Solan. Immo et saepe alibi de hoc syllogismi fraudulenti cognominatione dictum est, ut in Vit. auct. etc. Reitz.

Ead. l. 3. Ἐπιβυσάμενος τὰ ὦτα) *Ne quid audiat, quod eum, haec apud se meditantem, turbet atque interpellet.* Brod.

Ibid. Αὐτὸν) Malim αὑτὸν, adspirate. Reitz. Tacite obsecutus est *Schmiederus*, sed temere. Vide modo ad c. 3.

nott. [a]) et [b]) in Varr. Lectt. porro ad c. 17. Adnot. et Adnot. ad c. 26. Lehm.

Ead. l. 9. *Ἀηρεῖ*) Variationis notam adposuerat *Solanus*, nec tamen addiderat, qualis ea esset, fors rursus *ληροῖ* quaesivit; sed indicativus sese recte habet. Vid. nos supra ad c. 61. Reitz.

Ead. l. 11. *Μόνον βασιλέα*) Haec sunt nunquam satis derisa Stoicorum somnia. Brod. Cf. Vit. Auct. c. 20. Lehm.

Ead. l. 13. *Ὁ φιλόσοφος*) *Filii praeceptor.* Brod.

Ead. l. 17. *Καὶ ἡ πρὸς ταύτην αἰδὼς*) Perperam reddunt, *philosophia, et praeter hanc verecundia*: sensus enim est, *philosophia et reverentia erga eam.* Ita *πρὸς* saepe sumitur, ut in Tyrannicida, *Τῇ πρὸς τὸν υἱὸν φιλοστοργίᾳ.* In Abdicato. *Εὐνοίας πρὸς ἐμέ.* Sic etiam pro Imagin. Pseudomant. *Τὸ (τῷ) πρὸς ἀλήθειαν ἔρωτι* Sed ipsissimum hoc *ἡ πρὸς φιλοσοφίαν αἰδὼς*, est in L. de Saltatione, *Οἷον με ἔφη θεάματος ἡ πρὸς φιλοσοφίαν αἰδὼς ἀπεστέρηκεν.* Vitring. Quod *Horat. Vitringa* in pristina versione reprehendit, ex Benedictina est; id nec *Obsopoeus* melius reddiderat, *philosophia juxta ac verecundia.* Recte *Gesnerus* jam dedit, etiam non visa *Vitringae* correctione, quam ego ex ejus nott. Mss. quae quidem numero admodum sunt paucae, inserui. Et mirandum videtur, in locutione tam vulgari aberrare potuisse priscos interpretes: nam *πρὸς* cum accusativo significare *affectum esse erga*, vel *adversus* aliquem, ex omnibus Auctt. constat; sic *Herodian.* I, 4, 6. *Ἐκ γὰρ ὧν διάκειμαι πρὸς ὑμᾶς.* Ibid. 9, 15. *ἀπεχθῶς πρὸς τὸν Περέννιον διακείμενοι.* Sed plane Lucianeae dictioni similis haec apud eund. *Herodian.* I, 8, 5. *Καὶ ἡ πρὸς τοὺς φίλους αἰδώς·* quod non opus est pluribus adstruere. Interim excusabilis est error, quia alibi tamen recte per *juxta* vel *cum* redditur, ut ap. eund. *Herodian.* I, 5, 5. *Κοινὴν εἶναί μοι πρὸς ὑμᾶς τὴν ἐπὶ τοῖς καταλαβοῦσιν ἀλγηδόνα, καὶ μηδέν τι ἧττον ὑμᾶς ἐμοῦ δυσφορεῖν*, *communem esse mihi vobiscum super his calamitatibus maerorem, et vos non minus, quam me, graviter ferre.* Et III, 6, 5. *τοῦτο πρὸς ἐκεῖνον ἐνειμάμην*, *hoc cum illo divisi*, (*communicavi*) ac non semel alibi. Reitz.

Pag. 115. l. 7. *Ἀπιτέον*) Recte quidem. Sed alibi dicit *ἀπιτητέον* et *εἰσιτητέον*, ut hoc Dial. cap. 73. f. etc. Reitz. *Προσιτέον* Necyom. c. 1. Sed *παριτητέον* De Merc. Cond. c. 42. Lehm.

Ibid. *Ἐς διδασκάλου*) Scil. *οἶκον.* Vid. de hac Ellips. not. *Jensii* supra ad libell. de Sacrif. c. 1. et infra ad Parasit. sive Lectt. Lucian. p. 351. Adde *Hom.* II. Z, 47. *ἐν ἀφνειοῦ πατρός.* *Aristoph.* Plut. 84. et Nub. 961. Plura *Kuster.* ad *Plut.*

Aristoph. 237. et 242. Et *Maittaire* de Dialect. p. 73. et *Solan.* d Somn. c. 1. Reitz.

Ead. l. 10. *Ἀποπλῆσαι*) Conf. infra Abdic. cap. 9. et 19. tem Toxar. c. 51. Solan.

Ead. l. 11. *Τῶν εἰδότων*) *Τῶν εἰδόντων* legerat in suo xemplari *Brod.* Vid. Misc. IX. cap. 16. Sed sibi placere ait ἰδότων. Quod jam in Edd. inveni, nec quidquam variatiis ab *Solano* notatum est. Reitz. Aldina certe 2. hac menla typographica laborat. Lehm.

Ead. l. 13. *Ἀνέγνωκε βιβλία*) Stoicorum libros. Guyet. Chrysippi liber erat *περὶ ἀξιωμάτων*. *Diog. Laërt.* 210. C. et *περὶ καταλήψεως*, idem 213. A. Alterius Stoici reliquos esse tatuendum est. Apud *Arrianum* etiam, *οὗτός φησιν ἤδη καὶ ὶ' αὐτοῦ δύνασαι Χρύσιππον ἀναγινώσκειν.* I. c. 4. Solan.

Ead. l. 14. *Περὶ καθηκόντων*) *Περὶ καθήκοντος*, singulari umero, libros inscripsere Zeno, Cleanthes, Chrysippus, Panaetius. *Officia*, numero multitudinis, maluit *Cicero. Quod le inscriptione generis, non dubito, quin καθῆκον* officium *sit: nisi quid tu aliud. Sed inscriptio plenior* de Officiis, inquit ille lib. 13. epist. ad Atticum, epist. 2. *Τὰ καθήκοντα* quoque legere est apud *Suidam* in *καθήκοντα*, et apud *Laërtium* in Zenone Cittieo. Menag.

Pag. 116. l. 10. *Ἀνάλωκα*) Tironi dico, cave hic quicquam mutes: sic enim docent Grammatici saepius efferri, et omnino sic *Demosthenes* aliique; quod ideo moneo, quia *B.* 2. mutavit. Solan. Cum B. 2. etiam B. 3. *ἀνήλωκα* habet. Recte autem *Solanus* et recentt. repudiarunt hanc mutationem, quamquam supra cap. 42. in *ἀνήλωται* omnes libri consentiunt. Vid. *Thom. Mag.* s. *ἀνάλωσα*, *Fischer.* Animadvv. ad *Weller.* Vol. III. a. p. 32. sq. *Osann.* ad *Lycurg.* in Leocr. p. 174. Reisk. et quos hic alios citat. Lehm.

Ead. l. 15. *Αἴσωπος*) Periit haec, cum multis aliis, *Aesopi* fabula: neque enim in *Aesopo* hodierno, aut in reliquis fabularum antiquis scriptoribus invenitur. Solan.

Ead. l. 16. *Ἐπὶ τὴν κυματώδη*) Cum Hermotimus deploraret jacturam temporis, quam impenderat philosopho, respondet Lucianus, nihil lachrymis profici, prudentius facturum, si Aesopo in fabulis monenti obsequatur: *ἔφη γάρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενον, ἐπὶ τὴν κυματώδη, ἀριθμεῖν τὰ κύματα. Ubi dicit*, inquit interpres, *quendam in litore maris consedisse, ut numeraret undas.* Vides, *ἐπὶ τὴν κυματώδη* plane omitti ab interprete. Sed locum hunc mendosum esse non animadvertisse interpretes vix credi posset, nisi res ipsa loqueretur. Ipsi Grammaticorum canones doce-

bant, dicendum fuisse ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενον τῇ κυματωδῃ. Ms. pro ἐπὶ τὴν κυματώδη scribit ἐπὶ τὴν κυματωγήν· quod argumento est, ἐπὶ τῇ ἠϊόνι esse glossam, et interpretationem magistri, quae in contextum irrepsit. Indubie scripsit *Lucianus*: ἦφη γὰρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τὴν κυματωγὴν καθεζόμενον ἀριθμεῖν τὰ κύματα, *dixit enim, quendam in crepidine littoris consedisse, ut numeraret fluctus.* Κυματωγὴ est ἠϊὼν κυματώδης, littus, quod fluctibus pulsatur. *Hesych.* Κυματωγή, ῥαχία, αἰγιαλοῦ ὑπεραγωγή. Usus etiam hac voce *Lucianus* est in Cataplo (Navigio potius c. 8.): Ἀπόξηροι δέ εἰσι πέτραι καὶ ὀξεῖαι παραθηγόμεναι τῷ κλύσματι, καὶ φοβερωτάτην ποιεῖ τὴν κυματωγὴν, καὶ τὸν ἦχον μέγαν· *erant rupes nudae et asperae, quas fluctus pulsabant, et valde horribilis erat illa crepido et magnus strepitus.* Extat etiam apud *Herodotum* in Calliope, ut dudum *Budaeus* observavit, apud quem tamen male scribitur κυματώγη, et in Ms. *Luciani* κυματογή. *Eustath.* ad Odyss. ί, ἐπιωχαί, ἐξοχαὶ κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ πλατεῖς αἰγιαλοί. μάλιστα δὲ τόποι σκέπην ἔχοντες. ἔνθα καὶ ἰωὴ τουτέστι, πνοὴ ἄγουσα μὴ δυναμένη δηλαδὴ προϊέναι. καθ' ὁμοιότητα δὲ τούτου, καὶ κυματωγὴ παρ' Ἡροδότῳ ἡ ἀκτὴ ἔνθα δηλαδὴ τὰ κύματα ἄγνυνται. Graev. Vid. Timon. sub finem: μὴ μέντοι ἐς βάθος, ὦ γαθέ, ἀλλ' ὅσον ἐς βουβῶνας ἐπεμβὰς ὀλίγον πρὸ τῆς κυματώδους γῆς. Ubi itidem in Ms. legitur κυματώγης pro duobus postremis verbis. Pronuntiat ex *Eustathio Tan. Faber*, vulgatam esse glossema. Mihi, cui *Eustathius* ad manum nunc non est, nondum liquet. Locus a *Graevio* laudatus non in Cataplo reperitur, sed in Navigio: verum in eo nihil video, quod de littore intelligi κυματωγὴν cogat. Aliunde habere hanc fabulam *Aelianus* videtur, qui XIII, 15. Var. Hist. nomen isti fatuo facit Κοικυλίων. G. M. P. et L. κυματωγὴν habent; sed in M. quem solum ipse inspexi, prius fuerat κυματωδῃ. *Polyaen.* παρὰ τὴν ἠϊόνα παίζειν, Strat. I. p. 28. Solan. Κυματωγὴν) Etsi *Solanus* Editionum lectionem κυματώδη servari maluerit, ego hic *Graevio* et quinque Mss. potius auscultavi, licet alterutrum pro glossemate possit haberi, ut ἐπὶ τῇ ἠϊόνι, aut ἐπὶ τὴν κυματωγὴν superfluum sit. Reitz. Lectio κυματωγὴν satis fulcitur optimis testimoniis, et iis quoque, quae ad Timonis l. l. ab *Hemsterhusio* imprimis et *Tan. Fabro* adnotata sunt. Alterutrum vero horum: ἐπὶ τῇ ἠϊόνι et ἐπὶ τὴν κυματωγὴν, superfluum esse, et, ut *Graevius* ait, pro interpretatione magistri habendum, tum lubenter concedam, quum vel demonstratum fuerit ἠϊὼν et κυματωγὴ adeo idem significare, ut in uno eodemque loco utrumque poni non possit, vel etiam explicatum, qui fieri potuerit, ut a glossatore ἐπὶ

ii casui, quam in textu, jungeretur. Neutrum, vereor, e satis prospere effici possit. Nam quum ἠϊών omnino signi- cet litus maris fluminisve, bene quidem fatuus ille homo in oc litore omnino fuisse dicitur; simul autem, ut intellige- tur, quomodo fluctus ille numerare posset, addendum erat, m ad crepidinem consedisse, unde illud efficeretur. Verte aque cum *Gesnero: sedentem in litore ad fluctuosum mare;* et telliges etiam, cur ἐπὶ primum cum Ablativo, deinde cum ccusativo, constructum sit. Nec non patebit caussa, qua actus comma post καθεζόμενον vulgo positum delere de- reverim. Fabulam ipsam *Aelianus* V. H. XIII, 15. quem lo- m et *Solanus* laudat, Comico cuidam poëtae adscribit, stul- m istum *Coecylionis* nomine appellans, quem *Eustathius* ad dyss. K. Πολύωρον vocat; quamquam hic non ἀριθμῆσαι, d μετρῆσαι, τὰ κύματα perhibetur. Jam quum in *Aesopi* fa- lis haec non reperiatur, obscura adhuc manet fabulae, vel, malis, historiae origo. Procedente autem tempore in pro- rbium abiisse videtur. Lehm.

Pag. 117. l. 8. Μεταμαθήσῃ) *Ald. Junt. Hag. Par.* Fl. ec dubito, quin et reliquae, habebant μεταθήσῃ. Quod utavi, quia μεταμαθήσῃ hic longe aptius: significat enim, *ia vel meliora discere,* ac *pristina dediscere,* quod notum. Sed *mutare animum* recte vertitur ap. *Aristophan.* in Plut. 925. δ' ἂν μεταμάθοις; ΣΤ. Οὐδ' ἂν δοίης γέ μοι τὸν Πλοῦτον αὖ- v. Reitz. Μεταθήσῃ habent etiam A. 1. 2. B. 1. 3. neque mutari debebat, judice etiam *Schaefero* ad *L. Bos* de El- ss. p. 86. Μεταλθεσθαι enim est *mentem, sententiam, vitam,* resve, *suos mutare,* quod discas e Jov. Confut. c. 10. et nic. c. 18. ubi vide *Gesneri* notam. Μεταμαθήσῃ *Schaefero* ossema esse videtur, quod *Belinus* pro Subjunctivo habens re miserabiliter in μεταμαθήσεις mutari voluit. Melius lem *Belino* cessit emendatio, ἥνπερ εὖ φρονῇς e Cod. 2954. o vulg. φρονεῖς. Verum in universa loci structura sunt eeterea, in quibus offendas. Attende primum, qua ratio- invicem conjungantur ἀξιῶν, καὶ συμπολιτεύσῃ (mutila est tio Cod. 2954. πολιτεύσῃ), ubi exspectasses συμπολιτεύ- ος. At nihil mutandum censeo, quum liberior haec qui- n sit oratio, in qua facile ex sensu praecedentis Participii pleas εἰ, quod cum Futuro nectatur, quemadmodum et- interpretes omnes recte verterunt. Nec desunt in nostro iptore hujus generis Anacoluthorum exempla. Cf. De rc. Cond. c. 32. ibique notam. Nunc autem ostendatur i velim, quo jure, quove sensu, adnectantur verba: καὶ αἰσχύνῃ etc. h. e. *nec pudet te* etc. in Praesenti, quum

praecesserit tamen Futurum? Variantem non deprehendi ul-
lam lectionem, nisi quod plenius ante haec verba distinctum
video in Edd. vett., commate tantum in *Reitz.* et recentt., e
quod in *Ald.* utraque post *βέλτιον* interrogationis signum re
peritur, haud dubie illud ineptissimo loco positum. Jam
pleniorem illam interpunctionem revocare placuit, et pro
αἰσχύνῃ levissima mutatione rescribere *αἰσχύνη*, jota sub
ejecto, ut hic exsisteret sensus, nisi fallor, germanus: *ne
erit jam, quod te pudeat*, etc. Οὐκ αἰσχύνη (int. ἔσται) non
minus Lucianeum est, quam phrasis οὐδεὶς φθόνος (ἐστὶ omis
so). Cf. Diall. Mortt. XV, 1. *τὸν Πηλέως δὲ υἱὸν, τὸν φιλο
κινδυνότατον ἡρώων ἁπάντων, ταπεινὰ οὕτω περὶ αὑτοῦ διανοεῖ
σθαι, πολλὴ αἰσχύνη* etc. *magno est dedecori.* Parasit. c. 58
*ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκοῦσιν ὥςπερ εὐεργοῦντες καὶ χαριζόμενοι τρέφει
αὐτοὺς οἱ πλούσιοι, καὶ εἶναι τοῦτο αἰσχύνην τῷ τρεφομέ
νῳ, et esse, quod pudeat eum, qui sic alatur.* Lehm.

Ead. l. 12. Ἐπὶ πάντας) Scil. *φιλοσόφους.* Brod.

Ead. l. 13. Ἥιρησο) Dicit, se haec disputasse contr
Stoicos, non quod singulari quodam odio illos prae ceteri
philosophorum sectis prosequatur, sed quod Hermotimu
huic se mancipasset, idem dicturus, si aut Platonem aut Ar
stotelem sectaretur. Sed in Graecis verbis menda latet. Su
eduntur: *τὰ γὰρ αὐτὰ πρός σε εἶπον ἄν, εἰ τὰ Πλάτωνος,
Ἀριστοτέλους ἥρησο, τῶν ἄλλων ἀκρίτων ἐρήμην καταγνούς·* se
quid est *ἥρησο;* legendum omnino *ἥρησω·* si aut Platone
aut Aristotelem praetulisses, sectatus esses. *Αἱρεσθαι τιν*
est aliquem sectari. Hinc *αἱρέσεις* sunt sectae philosoph
rum. Infra *κεκολασμένη δίαιτα* est adstricta severa viven
ratio, quam in victu et amictu tenebant philosophi, cui op
ponuntur *ἄνετα πάντα καὶ ἐλεύθερα, libera omnia et soluta*,
Cicero loquitur. Sic et *Plutarch.* in Lycurgo duram illam di
ciplinam, qua pueri Lacedaemoniorum coërcebantur, voc
δίαιταν κεκολασμένην. Graev. Tenui spiritu omnes ant
scribebant. Solan. Monente *Solano* spiritum asperum a
sumsi; etsi *Brod.* quoque scribit *ἥρησο, delegisses.* Sed ex *B.*
punctum subscriptum addidi: est enim ab *αἱρέομαι, eligo*, n
ab *ἔρομαι* interrogo, et plusquamperfect. passivae formae
hoc verbo active valet, veluti *τεθέαμαι, vidi,* Evang. *Joan.* I, 3
δέδεκται, accepit, Act. VIII, 14. Sunt enim haec verba c
ponentia. Sic *Herodian.* I, 13, 15. *ἐδεδουλώντο* active pon
Miror itaque Cl. *Graevium* rogare quid sit *ἥρεσο?* Reitz.

Pag. 118. l. 5. *Οὔτε δίαιταν κεκολασμένην*) Id est, ne
castigatam (h. e. *strictiorem*) *vivendi rationem.* Sic *Aelian.*
H. XI, 3. *κεκολασμένῃ τροφῇ διαβιῶναι.* L. Bos.

Ibid. Δίαιταν) Vid. supra Nigrin. c. 7. ex divisione *So-*
ani; sed quia alia ibi facta capitum divisio, erit caput pro-
imum vel alterum ab illo, quod jam inquirere non vacat.
REITZ. Caput est Nigrini 13. extr. in quo legitur τῆς διαίτης
ἀσόλαστον. LEHM.

Ead. l. 10. Ἐλλέβορον πιεῖν etc.) Alii multi bonique hoc
e Carneade. Edissertavi hoc ἀμφίλογον ad *A. Persii* S. V.
MARCIL. Conf. infra (Ver. Hist. 2. c. 18.) GUYET. Ipse
ucianus infra, verae Historiae lib. 2. ἠκούομεν δὲ καὶ περὶ
ρυσίππου etc. Diximus pluribus ad *Laërtium*. MENAG.

Ibid. Ἐς τὸ ἔμπαλιν) *Ut eorum omnium obliviscerer.* BROD.

Ead. l. 11. Ἔμπαλιν ἢ ὁ Χρ.) Chrysippum enim helle-
oro cerebrum purgasse, ut ad meditandum aptior esset, me-
oria proditum est. Vid. *Menagii* not. ad *Diog. Laërt.* et
ostrum in Vit. Auct. c. 23. et Ver. Hist. II. c. 18. SOLAN.

Ibid. Ἢ ὁ Χρύσιππος) Qui adversus Carneadem disputa-
rus helleboro caput purgasse fertur. Parum abfuit, quin
aeterirem, verba haec, ὕδωρ ὑπέρῳ πλήττειν in adagio,
quam in mortario tundere, et illa, ὁ γνώμων φασὶ, in pro-
rbio *Gnomon et regula*, explicari. BROD.

Ead. l. 13. Παραφερόμ.) Ex L. haec scriptura; in quo
oen mendose παραφυρ— legebatur. In reliquis περιφερ—
aus apte. Vid. Timon. c. 25. SOLAN. Etsi primo intuitu
nodum blanditur vulgatum περιφερόμ. quia *agitatum, cir-*
errantem signif. tamen id non vult Noster, sed *abreptum,*
ium eo, quo tempestas fluctusque volunt, i. e. *vulgarem*
nionem sequebar, non utens libero ratiocinio, quod ipse mox
συῤῥέοντα τῷ ὕδατι clarius exponit. Ideoque non dubita-
rium Codd. lectionem recipere. REITZ.

Ead. l. 15. Θεὸς ἐκ μηχανῆς) Miror *Brodaeum*, qui hic
e solito non dixerit, vid. *Erasm.* in proverb. REITZ.

Pag. 119. l. 1. Ξυρήσ.) Vid. supr. de Merc. cond. c. 1.
AM. In eo quidem loco ναναγία legitur de *naufragio*, se-
dum *Thomae M.* praeceptum. Nec semel alibi apud No-
m. Neque tamen hoc satis erat caussae, cur *Reitzius* vel.
e lectionem hujus loci veterem et communem ναναγίων
ναγιῶν mutaret, recentioresque Editores hunc sequeren-
Nam etiam ναυάγιον et ναυάγια, ut omnino apud serio-
criptores, ita etiam apud hunc nostrum, occurrunt de
agiis usurpata. Catapl. c. 6. οἱ ἀπὸ τῶν ναναγίων. Bis
s. cap. 21. ὥςπερ ἐκ ναναγίου λιμένι προςνέοντα. Navig.
. ὃς τριήκοντον ναυάγιον εἴργασμαι. Vid. omnino de hp-
psorum et de hujusmodi aliorum vocabulorum permuta-
ous *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 517. sq. Jure itaque optimo

videor mihi veterem formam *ναναγίων* pro *Reitziana* ναυ-γιῶν restituisse. LEHM.

Ead. l. 3. *Ἐλεύθεροι*) Conf. infr. Navig. c. 2. SOLAN.

IN HERODOTUM SIVE AETIONEM.

Pag. 120. l. 1. *ΗΡΟΔΟΤΟΣ*) Est λαλιὰ, sive προοίμιον, cujusmodi etiam supra *Insomnium*, et infra *περὶ τοῦ οἴνου*. Et *Ἰκπίας ἢ βαλανεῖον*. Et *περὶ τῶν διψάδων*. MARCIL.

Ead. l. 3. *Μεῖζον γὰρ εὐχῆς*) Conf. supr. De Merc. Cond. c. 12. SOLAN.

Ead. l. 5. *Ἁρμονίαν*) i. e. compositionem, numeros, quos in *Herodoto* agnoscit et praedicat *Dionysius Halic. περὶ συνθ.* s. 3. p. 22. Uptoni, seq. ubi etiam illud alterum de Ionic. suavitate illustratur, *ἵνα μή τις ὑπολάβῃ τὴν διάλεκτον εἶν. τῆς ἡδονῆς αἰτίαν τῇ λέξει κ. τ. λ.* denique itaque concludit, *ὧν ἄν τις τεκμήραιτο, ὅτι οὐκ ἐν τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων ἡ πι-θὼ τῆς ἑρμηνείας ἦν, ἀλλ' ἐν τῇ συζυγίᾳ.* Add. *Quintil.* IX, 4, 19. *In Herodoto, cum omnia leniter fluunt, tum ipsa διάλεκτος habe-eam jucunditatem, ut latentes etiam numeros complexa videatur.* Paullo ante s. 16. *Neque mihi,* inquit, *quamlibet magnus auc-tor Cicero persuaserit, Lysiam,* Herodotum, *Thucydidem pa-rum studiosos* compositionis *fuisse* etc. GESN.

Pag. 121. l. 2. *Πέρα τῆς — ἐλπίδος*) Confer supra De Merc. Cond. c. 7. fin. SOLAN.

Ead. l. 3. *Συγγράμμασι*) *Συγγράμματα* Herodoti esse *libros* ipsius *historicos*, satis ex iis constat, quae de vi hujus ver-bi ad *Thucydidis* principia disputantur ab *H. Stephano*. GES-

Ibid. Γνώριμος) Vox haec, sine qua manca prorsus sen-tentia, in omnibus tamen vulgatis deerat. Nos ex L. et E. J. restituimus. SOLAN.

Ead. l. 4. *Ἐν βραχεῖ κατ.*) Hic aliquid desideratur. An *γνώριμος*; Sic infra: *γνώριμοι ἐν βραχεῖ ἐγένοντο*, pag. 11[illegible]. GUYET. Vide, ut rem acu tetigerit *Guyetus*. Id ipsum enim quod omissum conjecit, in L. et J. inventum restituimus. REITZ.

Ead. l. 5. *Πλεύσας γὰρ οἴκοθεν ἐκ τῆς Καρίας*) Cum *Pli-nio* non concordat *Lucianus*, nec *Suidas* cum *Luciano*. Nam *Plinius* L. 12. c. 4. de ebore haec ait: *tanta erat eboris auctoritas, urbis nostrae CCCX. anno. Tunc enim auctor ille* (Hero-

tus) *historiam eam condidit in Thuriis in Italia.* Non igitur Caria solvens adiit Graecos et conventum Olympiacum, ut istoriam suam in ea celebritate recitaret, (ut hoc loco scrit *Lucianus*) si eam tum demum scripsit, cum patria relicta ictus est Thurius civis. At *Suidas* cum *Plinio* et *Luciano* gnat. Sic enim scribit in voce Ἡρόδοτος· *μετέστη δὲ ἐν Σά-* διὰ *Λύγδαμιν τὸν ἀπὸ Ἀρτεμισίας τρίτον τύραννον Ἁλικαρ-* σσου. *ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἠσκήθη διάλεκτον, καὶ* ρεψεν *ἱστορίαν ἐν βιβλίοις θ'*, id est, *secessit vero Samum* opter *Lygdamin tertium ab Artemisia tyrannum Halicarnassi* ictum. *Sami igitur et dialectum Ionicam exercuit, et historiam* ripsit *in libris novem.* Quis eam litem dirimet? *Plinius* antiior, *Lucianus* omnis Graecanicae antiquitatis, si quis alius, dlens. *Suidas* sua omnia ex antiquis auctoribus, qui suo mpore exstabant, habet. Conjecturae etiam utrinque minat. Ex laudibus, quibus abunde perfundit Artemisiam, detur ea scripsisse, dum sub tyrannide Lygdamidis ejus eminae nepotis vivebat. At contra dialectus Ionica, qua acte utitur, suadet, eum non amplius Halicarnassum hasse, quando historiam scripsit: nam Dorica dialectus ibi t in usu. Itaque quando *ἀπορία* me torquet, (ut verbis eronis utar) nullo praejudicio te onerabo, lector, et ingrum hoc *σχέμμα* tibi relinquam examinandum. PALM. nfirmat hic locus, quod *Scaliger ὁ πάνυ* in notis ad *Eus.* ron. p. 104. asseruit, scilicet ante scriptam ab *Herodoto* toriam, quam Thurios trajiceret. Vid. etiam *Fabricii* lioth. Gr. 661. Nihil tamen repugnat, quin novis curis, Thuriis degebat, primam illam editionem, ut ita dicam, toriae suae, locupletarit et ornarit: quae etiam nobilissiscriptoris nuperi *Humphredi Prideaux* sententia est; quem P. I. L. VI. Gallicae autem a me factae versionis T. II. 06. SOLAN. Etiam *Wesselingii* haec est sententia in Vita odoti; nec non *Larcherus* in Vie d' Hérodote simili ra- e diversas istas narrationes inter se conciliavit. LEHM.

Ead. l. 7. *Συγγραμμάτια*) Diminutivum istud quis ferat Herodoti historia usurpatum? Eam autem, quam habe-, non alia scripta, intelligi, sequentia demonstrant. ergo, meo periculo, invitis libris omnibus, *συγγράμ-* SOLAN. Ferri posse Deminutivum credo, modo ex Herodoti mente dictum accipias. Quam rationem et-*Gesnerus* quodammodo expressit, vertens: *tum si quid isset.* LEHM.

Ead. l. 12. *Κατ' ὀλίγον ἀγείρων*) V. supr. Catapl. c. 17. 2.

Ibid. *Ἀγείρων καὶ συλλέγων*) Haec verba, *οὔκουν ἠξίο διασπᾶν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν οὕτω κατ' ὀλίγον ἀγειρω καὶ συλλέγων τὴν γνῶσιν*, videntur, ratione locutionis emet datae postulante, sic esse rescribenda, *οὔκουν ἠξίου διασπᾶ τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν οὕτω κατ' ὀλίγον ἀγείρειν κ συλλέγειν τὴν γνῶσιν· noluit igitur ita rem discerpere, neque pa titione tali minutatim colligere et comparare sibi famam.* Na quamvis participia saepe ponantur pro infinitivis, ut Grae matici loquuntur, hic tamen locum non habent: pende enim ab *ἠξίου καὶ οὐδέ*. Nec dubito, quin pag. sequ. sit scr bendum, *οἱ δὲ ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς πανηγύρεως ἡκόντων πυνθανόμ νοι*. In editionibus *ἀπὸ* non habetur, cum tamen sententi loci vocem eam requirat. GRAEV. Scribere sane *Lucian* debebat, ut *Graevius* vult, *ἀγείρειν καὶ συλλέγειν*. Id requ rebat vox *οὐδέ*, in qua simul latet copula. Veruntamen n hil ausus sum mutare, quum nullius libri auctoritas accedi nec Anacoluthorum exempla in nostro scriptore insolita sin Multo mallem edere: *οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν οὕτω καὶ κατ' ὀλίγ* etc. Excidit *καὶ* librariorum, opinor, oscitantia. LEHM.

Pag. 122. l. 4. *Ὀπισθόδομον*) De gradibus templi hab tas has orationes docet *Philostr.* ep. XIII. p. 919. *ἀπὸ τῆς π νεὼ βαλβίδος*· et vit. *Apollon.* lib. II. cap. 2. p. 141. c. 31. 170. *ἀπὸ τῆς κρηπίδος τοῦ νεώ*. AG. X, 95. Vid. *Philostr.* G gia p. 493. ubi *τὸν μὲν λόγον τὸν Πυθικὸν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ ἡ σεν*. Et mox: *ὁ δὲ Ὀλυμπικὸς λόγος* etc. De *ὀπισθοδόμῳ* v notas ad De Mort. Peregr. c. 32. SOLAN.

Ead. l. 6. *Μούσας*) Non ergo Herodotus ipse ea suis bris nomina fecit; quamvis non desint, qui id incaute ni credunt. Vid. etiam Qu. Hist. Conscr. c. 42. SOLAN. Q etiam *Larcherus* in *Herodoti* sui Tom. III. p. 263. haud i probabiliter ostendere conatus est, Musarum nomina lit Herodoteis a posterioribus demum Grammaticis indita es Singulorum saltem librorum denominationes medio aevo beri, mihi quidem certum esse videtur. LEHM.

Ead. l. 8. *Ὀλυμπιονίκας*) *Casaub.* ad *Theocr. Scal. Catull.* ex *Suid.* innominato. De Hippia, ipse postea, *Apul.* De Prodico, *Xenophon*, et nos ad Somnium *Lucia* de Anaximene et Polo, id. p. 208. *Aristot. Diog. Laërt.* Aëtione, *Theocrit.* Epitaph. Aescul. De nuptiis Alexandr Roxanes, *Arrian. Curt.* BOURD.

Ead. l. 10. *Οἱ δὲ τῶν ἐκ*) In omnibus libris erat *ἐκ* Mutavi ego, et feci, *οἱ δὲ τῶν ἐκ τῆς* etc. saepe enim sic u patur et apud Nostrum et apud alios scriptores. Sor Quod omnino fieri posse stolide negat *Belinus*, quum pl

n πυνθάνεσθαί τινος, *sciscitari ab aliquo*, vel analogia illius, τούειν τινὸς, commendet. Sed vide *Dorvill.* ad *Charit.* pag. 78. Lips. cf. p. 331. ej. libri. Quod nunc ad lectionem lo- nostri attinet, primum fallitur *Belinus*, quum ἀπὸ in Co- ice, nescio quo, manuscripto reperiri putat, et hinc jam gendum arbitratur: οἱ δὲ ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς π. Nam nota haec: r. in *Reitzii* Lectt. Varr. non Codicem significat, sed con- cturam tantum *Graevii*, quam in una superiorum adnota- onum prolatam legimus. Deinde καὶ, quod Cod. 2954. ppeditat, merito a *Belino* despicitur, quia sensum turbat. rgo quae nunc restat, vetus lectio: οἱ δὲ ἐκ τῶν τῆς πανη- γύρεως ἡκόντων, utpote manifesto mendo laborans, quod est locutione ἥκειν τινὸς τόπου, feliciter emendata videatur ecesse est, transpositis a *Solano* vocibus ἐκ et τῶν. Neque juria *Reitzius* et recentt. Editt. secuti sunt. LEHM.

Ead. l. 12. ΟΤΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ] De hoc more ve- rum digito monstrandi nonnulla monita sunt a Commen- att. ad Somn. c. 11. Tom I. p. 197. sq. ubi tamen hunc lo- um nostrum non video, ut par erat, respectum. LEHM.

Pag. 123. l. 1. Τῶν ἱστοριῶν) Intellige ἕνεκα τῶν ἱστ. el- psi nimis frequenti, quam ut exemplis firmetur. Ut *Hom.* l. *A*, 65. Εἴ τ' ἄρ' ὄγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, εἰθ' ἑκατόμβης· *sive is nos* ob *vota non reddita incusat, sive ob hecatomben.* LEITZ. Aliena confudit *Reitzius*. Quodsi qua voce opus it ad explendam phrasin ἀπολαύειν τινὸς, longe praestabit πὸ, quam ἕνεκα, quod ineptissimum, efficit sensum, sup- lere. Sancit quodammodo hanc legem locus Diall. Mortt. V, 2. ubi ἀπὸ in hac phrasi vere additum legitur. Vid. *Jen- ius* ad Timon. c. 2. Tom. I. p. 360. LEHM.

Ead. l. 5. Ἱππίας) *Hippias Eleus*, ut ex *Platone* etiam onstat, quem vide in eo Dialogo, cui *Hippias major* titulus st, statim ab initio p. 95. Olympiam ibi dicitur accessisse nstructus cum aliis multis, tum λόγοις πολλοῖς καὶ παντοδα- τοῖς. Adde et *Cic.* de Orat. III, (IV.) 32. *Philostratus* in jus vita p. 496. ἤθελε τὴν Ἑλλάδα ἐν Ὀλυμπίᾳ λόγοις ποικίλοις αὶ πεφροντισμένοις εὖ. SOLAN.

Ead. l. 6. Ἀναξιμ.) Anaximenes hic etiam statuae ho- orem consecutus est Olympiae, non minus quam Gorgias. De utroque *Pausan.* Eliac. 2. p. 376. GESN. Anaximenem *Chium* equidem ignoro. Quem *Gesnerus* e *Pausania* VI, 18. itat, *Lampsacenus* ille est, quem callidum fuisse historicum t rhetorem e *Suida* novimus, eundemque Alexandri Magni loctorem et comitem in expeditionibus bellicis. Hunc et ego uspicor a *Luciano* h. l. significari; quo jure autem *Chium*

dicat, non conjicio. *Bourdelotius*, quum in superiore quidam nota *Diogenem Laërt.* et *Aristotelem* de hoc Anaximene adiri jubet, haud dubie philosophum illum *Milesium* ionicae sectae praeter rationem huc traduxit. De *Polo* Agrigentino, qui idem et Piscat. c. 22. inter alios Socratici aevi sophistas recensetur, *Suidas* haec tradit: *Πῶλος, Ἀκραγαντῖνος, ῥήτωρ μᾶλλον δὲ σοφιστὴς τῶν πάλαι. διδάσκαλος Λικυμνίου. ἔγραψε γενεαλογίαν τῶν ἐπὶ Ἴλιον στρατευσάντων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, καὶ πῶς ἕκαστος ἀπήλλαξε. τινὲς δὲ αὐτὸ Δαμάστου ἐπιγράφουσι. νεῶν κατάλογον. περὶ λέξεων.* Vid. imprimis *Mongitor.* Bibl. Sicul. Tom. II. p. 188. sq. LEHM.

Ead. l. 7. *Καὶ ἄλλοι*) Sic Gorgias apud *Philostratum* pag. 493. Et *Lysias* ap. *Plut.* in X Rhet. De orationibus habitis aut Olympiae aut in aliis celebritatibus, vide notas ad *Philostr.* p. 169. et *Cressol.* Theatr. Rhet. III, 6. SOLAN.

Ibid. Λόγους ἔλεγον) Exempla ejusmodi locutionum bene multa vid. ap. *Jens.* ad Jov. Trag. c. 22. REITZ.

Ead. l. 10. *Ὅπου*) Etsi vulgo locum significat, tamen et pro *cum*, *quando*, *quandoquidem* usurpatur, veluti Latini solent, observante eod. *Jens.* p. 276. Sic supra in Hermot. c. 39. *ὅπου γε, καὶ εἰ πάντες τὰ ὅμοια εἶχον* etc. In Abdicato c. 23. *Ἀτελὴς ἡ τέχνη, ὅπου γε τοῖς ἰατροῖς καὶ δημοσίᾳ αἱ πόλεις τιμὰς, καὶ προεδρίας, καὶ ἀτελείας καὶ προνομείας διδόασι.* Addo *Hippocr.* S. 2. aph. 10. *Τὰ σώματα χρὴ, ὅπου ἂν τις βούλεται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν, corpora quando quis purgare vult, fluida faciat oportet.* Ibid. rurs. aph. 2. Et S. I. aph. 7. Potest et verti *ubi*, quod hic eodem redit, modo de tempore quoque accipias. REITZ.

Ead. l. 11. *Συγγράψαντα*) De pictore usurpari vix credo. Lego itaque *γράψαντα*, ut Zeux. c. 3. pr. SOLAN. Per se *συγγράφειν* non minus *pingendo componere*, quam *scribendo*, significare potest, idque apte fit, ubi, ut h. l., de compage complurium personarum et rerum objectarum in una eademque tabula agitur, neque ambiguitas quaedam dicendi, locum habet, quum *ζωγράφος* praecedat, ad quem *τὸ συγγράφειν* refertur. Quid, quod etiam eleganter ac facete h. l. *Ἀέτιον συγγραφεύς τις* significatur fuisse in sua arte, quemadmodum *Herodotus* in sua. Etsi itaque nusquam alibi de pictore dictum occurrat *συγγράφειν*, quod nunc non decernam, hoc tamen loco plus quam audacis fore judico, si quis *γράψαντα* pro Lucianeo verbo scribere in animum induceat. LEHM.

Ead. l. 15. *Ἤρετο*) Commodius legeretur *ἤροιτο*. SOLAN. *Ἤρετό τις ἄν*, vult *Belinus*. BIP. *Solanus* cogitavit de *ἔρω-*

n. et sic etiam *Belinus*, si semel emendare cupiebat, emendationem suam fingere debebat: ἔροιτό τις ἄν. Nam ἤροτό τις ἄν, quod jubet, in proba quidem Graecitate aliud quid significat, quam quod cum *Luciani* mente h. l. conveniat: significat *interrogaret*, quum esse debeat *interroget*. Quid multa? sanum est Imperfectum et Indicativus sine ἄν, in objectione, quam auctor cogitat fieri posse. Cf. Somn. c. 17. Tom. I. p. 15. ubi ἔφη τις, *dicat aliquis*, et mox: εἶτ' ἄλλος παίρεσθαι, *tum alius interpellet*, memini unquam in mentem veniet mutare. Lehm.

Ead. l. 17. Ἐν Ἰταλίᾳ) An aliquis ejus meminerit, nescio. Solan.

Pag. 124. l. 3. Χρῆμα παρθένου) Et haec locutio, sive pleonasmus non infrequens. *Aristoph.* Plut. 895. πολὺ χρῆμα ἐμάχεσθον. Et Nub. 2. τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν. Alia similia *Spanh.* ibid. Plura frater cariss. *G. O. Reitz.* in Belg. Graeciss. p. 537. — 6. Reitz. De Dea Syr. c. 18. ὕδατος χρῆμα πολύ. Lehm.

Ead. l. 5. Τῆς κεφαλῆς τὴν καλύπτραν) Dixi ad *Petron.* de taedis Hymenaei notum, et multa *Scal.* ad *Catull.* Bourd.

Ibid. Καλύπτραν) Ad vittam nuptialem respicit et ἀναδεσμίδια, de quibus *Langbaen.* ad *Longin.* 4, 10. pag. 34. Coll. Itaque καλύπτραν *flammeum* reddidi. Gesn.

Ead. l. 14. Ἐν τοῖς ὅπλοις) Poterat abesse ἐν. Sed hic pleonasmus satis frequens nonnullis fraudi fuit, ut frustra praepositionem deletam voluerint in Dial. Mort. XXIII. Plutonis et Protesilai, versus fin. καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ. et non meminerant verbor. in Evang. *Luc.* XXII, 49. Εἰ παίσομεν ἐν μαχαίρᾳ; vel forsan hebraismi suspecta habuere. Sed omnis aetatis scriptores sic locuti. *Homer.* Odyss. Κ, 185. Πρὶν λύσασθ' ἑτάρους, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι. *Hippocr.* 8. 2. Aph. 36. Οἱ — ἐν τῇσι φαρμακείῃσι — καθαιρόμενοι. *Aristoph.* Plut. 487. Ἐν τοῖσι λόγοις ἀντιλέγοντες. Idem Nub. 765. ἀναδῆσαι βούλομαι — σ' ἐν κριβανωτῶν ὁρμαθῷ, vota circumdare, coronare (in) catena panum. *Noster* infra Prom. c. 6. ἐν χρῷ τῇ μητρὶ προσιστάμενοι, *colore matrem referentes*, et Philops. §. 33. ἀνοίξας τὸ στόμα ἐν ἔπεσιν ἑπτά. Evang. Matth. XIII, 35. ἀνοίξω τὸ στόμα ἐν παραβολαῖς. *Lucian.* itemm de Gymnas. c. 19. m. περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις. Littaire de Dialect. p. 300. f. ex *Tzetz.* ἐν ἄορι καὶ ξίφει τέμνειν. Ita et ἐπὶ modo additur, modo omittitur: *Aristophan.* Plut. 628. (ζῆν) ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις, prorsus ut Ev. *Luc.* 4. ἄνθρωπος οὐ ζήσεται ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ. Sed ecce plura alia exempla jam dedit *Hemsterh.* ad Dial. Mort. loco supra indica-

to, pag. hujus edit. 624. seq. Vol. II. Item *Solanus* ibid. Reitz. Restringendum esse hoc praeceptum, et varia illa prolata exempla subtiliter judicanda cauteque adhibenda esse, monui in adnot. ad illum ipsum Diall. Mortt. locum, quem modo citabat *Reitzius*. Lehm.

Ead. l. 16. Ὁπότε δοκὸν φέροντες βαροῖντο] Ingenti cum licentia *Belinus* βαρύνοντας scribi vult, quippe nesciens, quod saepissime e *Luciano* suo discere potuisset, qua ratione et via ὁπότε cum Optativo construatur. Quae etiam ultima hujus §phi verba: ὁπότε κατ' αὐτὸν γένοιντο, idque perversissime, inserto ἂν post ὁπότε, corrigenda *Belino* censuerit: alia in promtu sunt exempla dictionis nunc temporis notissimae. Somn. s. Vit. c. 2. ὁπότε ἀφεθείην, *quotus dimittebar*. Diall. Deor. V, 5. ὁπότε ἀπολαμβάνοις. Diall. Marr. IV, 1. ὁπότε ἀλλαγείης. Diall. Mortt. VI, 4. ὁπότε ἐγοιμι. Ibid. XXI, 1. ὁπότ' ἐθέλοις. Sed omitto reliqua, ut tempori parcam et chartae. Lehm.

Pag. 125. l. 1. Καὶ αὐτὸν) Abesse sine dispendio videri possunt, sed eleganter sic passim usurpant. Ad Alexandrum nempe respicit. Solan. Ad Alexandrum respici, quis dubitet? et αὐτὸν sic usurpari pleonastικῶς, quis nescit? vide modo paullo ante, ὁ βασιλεὺς δὲ, αὐτὸς μὲν etc. Reitz.

Ead. l. 2. Ὀχάνων) Ὄχανον ὁ τῆς ἀσπίδος πόρπαξ. *Hesych.* et interp. *Aristoph.* ad Equit. Bourd.

Ead. l. 7. Τῶν ὅπλων) Quin illud indicat pictura, eam esse vim amoris, ut ex armatis etiam ludos sibi faciat etc. Gesn.

Ead. l. 11. Πάρεργον) Qui suavitatem hujus loci sentire velit, illum quae sint πάρεργα pictorum cogitare oportet, descripta satis a *Junio* 3, 7, 12. ac illud προσλαβὼν, quod notat, praeter ordinariam operis mercedem accipere aliquid instar corollarii. Rex conciliator et deductor sponsae seu veteri verbo *domiducus* est pictus Alexander. Gesn.

Ead. l. 13. Ἱκανὴν τῶν Ὀλυμπίων τὴν πανήγυριν ἡγεῖτο καὶ συγγραφέα θαυμαστὸν δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι) Verti videas ab *Benedicto*, *Olympiorum celebritatem idoneam ducebat ad fidem Graecis faciendam admiratione dignum esse scriptorem*: ab aliis, *satis superque sufficere Olympiorum ludos ad faciendam fidem Graecis, eum scriptorem esse admiratione non indignum*. At quid de illa fide in Graecis? utrum ea residet in ἱκανὸς, an in δεῖξαι: Immo *celebritatem Olympiacam sufficere*, et valere *etiam ad scriptorem admirabilem ostendendum Graecis*, quoniam videlicet hactenus alia ludicra illic solita erant δείκνυσθαι, non historiarum scriptio. Gron.

Ead. l. 15. *Δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι τὰς Ἑλληνικὰς διεξιόντα*) *Τὰς Ἑλληνικὰς νίκας διεξιόντα.* MARCIL.

Ibid. Τὰς Ἑλλην.) *Τὸ πράξεις* hic desiderari videtur. REITZ.

Ibid. Νίκας) Ex *Marcilii* conjectura, quam firmat locus Luciani Quom. Hist. Conscr. c. 54. SOLAN. Potius cum *Marcilio* et *Solano νίκας* addendum credo, ut Nostrum alibi locutum recte notat. Non tamen ideo statim in contextum, ut Reitz jubet, insero, donec ex Cod. probetur; ideoque uncinis seclusi. REITZ. Probabilem et ego judico *Marcilii* conjecturam. Adde cap. 2. *ὁ τὰς νίκας ἡμῖν ὑμνήσας.* Et facile ex *νίκας*, quia eaedem literae proxime praecesserant in voce *Ἑλληνικὰς*, absorberi poterat. In Codd. Pariss. hic locus a librariorum negligentiam valde depravatus est. LEHM.

Pag. 126. l. 4. *Πρὸς ἐμαυτὸν ἐσκόπουν*] Hanc Codicis Gorl. lectionem propterea anteposui vulgatae *π. ἐμ. ἐσκούμην*, quod putabam recte quidem Medium in phrasi *σκεῖσθαι μετὰ τῶν φίλων* Somn. in. et similibus, quibus deliberatio cum aliis simul fieri dicatur, adhiberi, minus aptum recte, ubi *πρὸς ἑαυτὸν* additur, ingrato tum, nisi sensus fallit, pleonasmo. Legitimae rationis exemplum vide in principio Apologiae pro Merc. Cond. et confer Harmon. c. 3. LEHM.

Ead. l. 11. *Ὅτι περ ὄφελος*) Recte ibi *Obsop.* nam *ὅτι περ ὄφελος* dictum *ἀντὶ οἱ μεγάλοι, οἱ μέγιστοι, καὶ ἀξιολογώτατοι.* BOURD. Illustrat hanc formulam *Kuster.* ad *Aristoph. Ἐκκλησ.* GESN.

Pag. 127. l. 1. *Ἡ ἀρίστη*) Comma post *ἀρίστη*, quod in Ed. l. erat, sustuli, quia sensus id postulat, ut quilibet facile videt. REITZ. Quaenam Macedoniae urbs significetur, incerti potest. Florentissimae tum temporis erant Thessalonica et Philippi; et harum alterutram cogitandam esse, recte putatur *Wielandius* observasse. LEHM.

Ead. l. 2. *Σκηνὰς καὶ καλύβας καὶ πνῖγος*) Voces interpretis sum alibi. Rem tangit *Suet.* Jul. c. 39. *Ad quae omnia spectacula tantum undique confluxit hominum, ut plerique cuneae aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positis maneant, ac saepe prae turba, elisi exanimatique sint plurimi, et in his duo Senatores.* BOURD. Itaque *ἀνὴρ Χῖος* apud *Aelian. V. H.* 14, 18. *ὀργιζόμενος τῷ οἰκέτῃ, ἐγώ σε, ἔφη, οὐκ εἰς μύλον ἐμβαλῶ, ἀλλ' εἰς Ὀλυμπίαν ἄξω.* GESN.

Ead. l. 5. *Ἀλλὰ ῥητόρων* etc.) Graeca laborant prava dictione. Sic enim haec verba interpungenda: non convenit huc vilis plebs, *ἀλλὰ ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων καὶ σοφι-*

στῶν οἱ δοκιμώτατοι. ὅσον οὐ μικρὸν ἤδη μὴ τοὺμὸν παρασ[illegible] ἐνδεέστερον φαίνηται τῶν Ὀλυμπίων. Sic quoque legisse vi[illegible]tur *Obsopoeus*, qui hunc locum bene vertit. Graev. U[illegible] *Graevius* interpungit, sic Ed. *Par.* jam habebat. Reitz.

Ead. l. 6. Ὅσον οὐ μικρὸν ἤδη) Haec nemo, credo, in[illegible]telligat. Corrupta itaque verba pronuntio; neque tam[illegible] quomodo restitui possint, adhuc liquet. Dicere debuit, *Parum ergo abest, quin ad Olympicorum celebritatem accedant hae.* Solan. Ad verbum, *tantum non parvum jam* est, hoc est parum abest, quin parvi jam illud, vel illam curam, faciam ne inferior etc. Si quis ea, quae adhuc dixi, bene perpenderit, videbit me in theatro non multum minore, quam in ipsis Olympiis versari. Ut hic *laboro* addidi in interpretatione ad lucem sententiae: ita mox a Zeuxis principio, *ventus* inserendum fuit. Gesn. Ὅσον οὐ μικρὸν δέος conjiciebat *Belinus.* Bip. Vertit autem *Belinus: et j'ai tout lieu de craindre d'être jugé ici avec plus de sévérité que je ne le serois à Olympie.* Quam sententiam certo scio a nemine probatum iri, qui nexum orationis accurate perpenderit, maximeque verba proxima, μὴ τοὺμὸν etc. recte respexerit. Non veretur auctor majorem auditorum suorum severitatem, sed praedicat majorem eorum splendorem ac dignitatem, quam quae Olympiorum fuerit. Non inferiorem dicit suam sortem esse, qui audientibus rhetoribus, historicis et sophistis, viris doctissimis, scripta sua recitet, quam Herodoti et Aëtionis, reliquorumque, qui Olympiae coram omnis generis hominibus artem suam ostentaverint. Quae quum ita sint, per se collabitur *Belini* conjectura, quae nec bene quidem Graeca est, et cum ea simul etiam praestantior illa, quam *Jacobsius* et *Seagerus* excogitarunt: δέος οὖν οὐ μικρὸν etc. Utraque enim timentem sistit auctorem, qui contra gaudebat honore suo. Otium mihi fecisset *Gesneri* tam planissima, quam subtilissima, verborum explicatio, nisi recentiores hujus loci interpretes et judices eam vel non cepisse, vel plane non curasse, viderem. Ὅσον οὐ est *paene, ferme;* cf. ὅσον οὐδέπω De Merc. Cond. c. 31. Neque adeo οὐ cum μικρὸν arcte jungendum est, quod *Reitzius.* fecisse videtur, quum e Zeux. c. 3. contrarium quiddam, ὅσα πάνυ ὀλίγα, conferri jubet. Μικρὸν autem, sequente μή, nihil est, nisi notissima illa ellipsis verbi ἐστὶ, *parum est, parvi facio*, metum scilicet illum, ne etc. i. e. *parum metuo, ne* etc. quod cum lepida quadam et modesta ironia dictum pro: *Sic jam planissime video, meam conditionem minime inferiorem esse, quam Olympiorum.* Mi autem poni nonnunquam ita, ut verbum, unde pendet, sup-

pleri debeat, docent ii, qui de Ellipsibus scripserunt, docet etiam locus, quem *Gesnerus* contulit, Zeux. c. 1. *μὴ ἄρα σμικρὸν* etc. Germanice locum ita vertam: Nun macht es mir fast wenig Sorge, dass die Ehre, hier aufzutreten, um vieles geringer erscheinen möchte, als in Olympia. Videlicet *Wielandio* haec verba, nescio quam ob caussam, prorsus praetermittere placuit. LEHM.

Ead. l. 8. *Πολυδάμαντι*) *Pers.* Sat. 1. et ibi interp. BOURD. Vide Quom. Hist. Conscr. c. 35. et Pro Imagg. c. 19. *Scotussaeus.* Cujus statua febri laborantibus mederi credebatur. Deor. Concil. c. 12. *Bourdelotius* hic nos ad longe alium *Persii* Polydamanta amandat. Vicit hic *παγκρατίῳ* Ol. XCIII. *Vid. Paus.* El. II. Meminit *Plato Πολ.* A. pag. Ed. Ald. 7. A. et *Basilius* de Leg. Gr. lib. (*Grot.* Ed. 96. C.) Et *Dion Chrysost.* pag. m. 441. C. ubi Thessalum vocat. SOLAN.

Ibid. Γλαύκῳ) Vid. Pro Imagg. cap. 19. Carystius, qui XXV. Olympiade coronatus, *Pycta* per excellentiam denominatus dicitur. De eo *Demosth. περὶ στεφ.* sub fin. c. 99. p. m. 199. B. ubi prave scribitur *Καρισταίου*· et *Aeschin.* c. 63. *Pind.* etiam, sed ode illa periit. Adde etiam *Dion. Chrysost.* pag. 441. C. ubi idem *Carystius.* SOLAN.

Ibid. Παραθεωρῆτε) *Παραθεωρεῖν* ea fere forma percussum verbum, ac *παριδεῖν* apud *Herodotum* I, 37. et 88. Quemadmodum enim ibi *παριδών μοι δειλίαν τινὰ* vertendum est, *observans* in me *timiditatem*, separata a verbo praepositione: ita hic etiam *παραθεωρεῖν* idem est, ac *θεωρεῖν παρὰ τῷ Πολυδάμαντι κ. τ. λ.* GESN. *Παραθεωρεῖτε Th. M.* legere, *Solanus* notaverat; sed quia dubites, sitne *Theod. Marcilius* an *Thomas Magister* intelligendus, moneo *Th. Magistrum* significari, (quem adeundum in verbo *παραβάλλω*, extrema tandem pagina docet idem). Is igitur, loco dicto, haec habet: *ΠΑΡΑΒΑΛΛΩ τὸ πλησιάζω, τὸ ἔρχομαι. καὶ τὸ παρεξετάζω, ὃ καὶ παραθεωρῶ παρὰ Λουκιανῷ εὕρηται, ἐν τῷ Ἡρύδοτος ἢ Ἀετίων· ἢ ἦν μὲν ὑμεῖς Πολυδάμαντι, ἢ Γλαύκῳ, ἢ Μίλωνι παραθεωρῆτε.* Sed parvi refert, quomodo apud *Lucianum* legas: id- vulgatum non moveo. Occurrit idem verbum supra Nirin. cap. 20. Item Hermot. 74. Et infra Pro Imag. cap. 7. ZITZ. Non sane parvi refert, utrum post *ἢν* Conjunctivus onatur, an Indicativus. H. l. *παραθεωρεῖτε*, quamquam lec- est perquam vetusta, quod e *Thomae Mag.* testimonio ttet, nec non, ut conjicio, Scholiastae; vid. not. ad Schol. on tamen genuina habenda contra vett. editionum consenun, sed orta e literarum *ει* et *η* pronuntiatione parili. LEHM.

Ead. l. 10. *Ἐπ' αὐτοῦ μόνον ἀποδύσαντες ἴδητε*) Sic edun, quod intelligi non potest; et ipsos tamen recte intellexisse patet ex versione *per se solum exutum videatis*: quam ut habeas, edi debuit *ἀποδύσαντος*. Gron. *Ἐπ' ἐμαυτοῦ*) Sic L. In aliis prave *ἐφ' αὑτοῦ*. Solan. Quia *Solanus ἐπ' ἐμαυτοῦ* vult, et Codicem optimae notae suffragantem habet, sic edi magis passus sum, quam jussi; melius enim est, quam vulgatum *ἐφ' αὑτοῦ*· nam etsi *αὑτοῦ* pro *ἑαυτοῦ*, et hoc pro *ἐμαυτοῦ* interdum valeat, hic tamen nimis ambiguum foret. Confer supra de Merced. cond. c. 19. *Εἰ — τὴν ψυχὴν ἐς τὴν ἐμαυτοῦ ἐπιτρέπων.* Ubi etiam quaedam Edd. habent *ἑαυτοῦ*. Alioqui *ἐπ' ἐμοῦ* mallem, quia dubito, liceatne reciprocum *ἐμαυτοῦ* alii, quam primae personae verbi, adjungere. Ut enim proprie dicitur *πέπεικα ἐμαυτὸν*, *Herodian.* I, 55. *Σύνοιδα ἐμαυτῷ*· et *παρὰ πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον εἰδόν τε καὶ ἤκουσα*, idem *Herodian.* I, 2, 10. ita absurdum videtur dicere *ἴδητε ἐπ' ἐμαυτοῦ*, quia sic persona verbi contradicit personae pronominis. Ego saltem sic dici nondum observavi. Nec tamen opus cum *Gronov. ἀποδύσαντος* legere, si *exutum* velis significari, sed *ἀποδύσαντες ἴδητε* conjungendum; et parvi interest, hoc tum vertas, vos *me exuentes videtis*, an *exutum*, quod vel apertiorem sensum habet. Reitz. Adsentior, quod ad *ἀποδύσαντες* attinet, ita, ut etiam mirer, qui *Gronovio ἀποδύσαντος* in mentem venire potuerit. Sed de lectione L., quam *Solanus* recipi jussit et *Reitzius* haud repugnans admisit, recentioresque repetierunt, *ἐπ' ἐμαυτοῦ*, in alia omnia discedere placet. Vel ipsa vox *ἐφ'*, constanter in Edd. vett. adspirate edita, etiam ubi in *αὑτοῦ* lenis spiritus mendose sequitur, satis, opinor, firmiter tuetur lectionem *ἐφ' αὑτοῦ*. Et *Gronovius*, dum scripsit *ἐπ' αὐτοῦ*, nihil aliud, quam *ἐφ' αὑτοῦ* correxisse de suo putandus est. Jam vero ampliorem Pronominis, quod dicitur, reciproci usum, de omnibus personis obvium, etiam de prima singularis numeri firmatum videris necesse est Catapl. c. 9. De Merc. Cond. c. 19. et 30. Et ut in illis locis, ita in hoc quoque, non defuerunt manus imprudenter correctrices. Quibus si repulsam dederimus, non, credo, videbimur ullam fecisse injuriam. Lehm.

Ead. l. 11. *Ἀποδύσαντες*) Cave obtemperes viro docto monenti *ἀποδύσαντος*. Quin *ἀποδύσαντες* retinendum, ut *ἀπαγαγόντες*. Exuunt, h. e. exui jubent, ut inspicere totum possint, athletam *ἀγωνοθέται*. *Ἀποδύσαντος* activa voce vix dici de eo, qui vestes ipse ponit, potest. Gesn.

Ibid. *Μαστιγώσιμος*) Dixit antea et saepe repetit al. Bouad.

IN ZEUXIN VEL ANTIOCHUM.

Pag. 128. l. 1. *ΖΕΤΞΙΣ*) Huic dissertationi (quoniam de hac locus alius dicendi) non immoror: paucae variantes lectiones, et quae lectorem avidum non morentur. Bourd. *Προσιαλιὰ*, ut supra. Habita vero ista etiam in theatro: paret fine hujusce Laliae. Marcil.

Ead. l. 5. *Προσιόντες οὖν*) Epanalepsi inservit illud *οὖν*, veluti infra Quom. conscr. Hist. c. 62. *Οἰκοδομήσας γὰρ — οἰκοδομήσας οὖν.* Et Pseudom. c. 19. *τὸ ἐνδόσιμον λαβὼν — λαβεῖν οὖν τὸ ἐνδόσιμον λαβών.* Bene observante *Dukero* ad Thucyd. III. c. 95. Ubi et Scholiasten vide, et ad partes vocatum *Raphel.* ad Evang. *Marc.* III, 31. Reitz.

Pag. 130. l. 6. *Ὥιμην τάχα μέντοι καὶ αὐτὸ τοῦτο προσάγεσθαι αὐτούς*) *Benedictus, statim quidem id ipsum etiam additurus putabam.* Ineptissime. Nam quî id in laudando additurus erant, cum ipse *Lucianus* ante dixit, se suspicatum esse omnes meliores laudatae orationis causas ab scriptis suis abesse? Recte tamen Graeca, quae optime percepit *Obsopoeus*, *ipso eos potissimum adductum iri;* nisi quod congrua oratio poscat *adduci:* non enim agitur de futuro. Gron.

Ibid. *Καὶ αὐτὸ τοῦτο πρ.*) *Et hoc nonnihil captos plaudere, et, hoc etiam fortasse attractum iri.* Variant autem hic libri. al. *αὐτῷ τούτῳ*, cui scripturae favet locus Phalar. I. c. 3. Codex autem P. cum impressis facit, quos tuentur verba Pp. 53. Hermot. Parum ergo refert, utram scripturam sequamur. Solan.

Ead. l. 7. *Τὸ τοῦ Ὁμήρου*) In Zeuxide, *τὸ τοῦ Ὁμήρου, ἡ τὴν νέαν ᾠδὴν κεχαρισμένην ὑπάρχειν.* Alludit ad Odyss. A. 351. Graev.

Pag. 131. l. 2. *Ἄνθρακες* etc.) *Carbonem*, ut ajunt, *pro thesauro invenimus. Phaedr.* V, 87. Vorst. *Phaedri* est Fabb. lib. V. fab. 6. v. 6. Vid. *Suid.* in *Ἄνθρακας θησαυρὸς*, et *Prasm.* Adagg. Chil. I. Cent. 9. Adag. 31. Cf. Adnot. ad Herod. c. 71. Leuh.

Ead. l. 5. *Τὰ δημώδη*] Qui sequitur locus de Zeuxide usque Hippocentauro, totus reperitur in Codice manu-

scripto Bodlejano, qui olim E. D. *Clarkii* fuerat, *Gregorii Nazianzeni* carmina continente simul cum Scholiis, utraque e decimo, ut judicat *T. Gaisfordus*, seculo. Scholii autem instar haec *Luciani* verba leguntur fol. 83. b. ad v. Ζεῦξις. Quae quamquam non multum conferunt ad ipsius *Luciani* textum illustrandum et emendandum, quia tum vitiosissime, tum mutationibus aliquot factis, ut *Luciani* ea esse dissimularentur, descripta sunt: tamen, ne partibus meis ullo modo deesse videar, accurate et plene ea hic exarare placet ad fidem Catalogi, quem *Gaisfordus* Oxonii edidit a. 1812., sive Notitiae Manuscriptorum, qui a Cel. E. D. Clarke comparati in bibliotheca Bodlejana asservantur, P. I. p. 37. sq.

ζευξις ..... γράφε γενόμενος· τὰ μὲν δημώδη καὶ ποινὰ οὐκ ἔγραφε ἢ ὅσα πανυ ὀλίγα· ἀεὶ δὲ καινοποιεῖν ἐπειρᾶτο καί τι ξένον καὶ ἀλλόκοτον ἐπινοήσας ἐπεκεῖνο τὴν τῆς τέχνης ἀκρίβειαν ἐπεδείκνυτο· θηλείαν οὖν ἵππον κένταυρον ὁ ζεύξις ἐποίησεν ἀντρέφουσαν προς ἔτι παιδίω ἱπποκενταύρω διδύμω κομιδῆ νήπιω τῆς εἰκόνος ταύτης ἀντίγραφον ἀθήνησι γέγονε πρὸς αὐτὴν ἐκείνην ἀκριβεῖ τῇ στάθμῃ· τὸ γὰρ ἀρχέτυπον ἀσύλας ὁ ῥωμαίων στρατηγος μετὰ τῶν αλλων σκύλων εἰς Ἰταλίαν ἀπέστειλεν· εἶτα περὶ μελαίαν καταδύσει τῆς ὁλκάδος πάντα καὶ τὴν γραφὴν ἀπολέσθαι λέγεται· μόλις δὲ γράφουσι καλλίμαχος καὶ καλαισης τὴν εἰκόνα τῆς εἰκόνος οὕτως· ἐπὶ χλαῆς εὐθαλοῦς ἡ κενταῦρος· αὕτη ποιηται ὅλη μὲν τη ἵππιω χαμαὶ κειμένη καὶ ἀποτέτανται εἰς τοπίσω οἱ πόδες τὸ δὲ γυναικιον ὅσον αὐτῆς ἠρέμα ἐπεγείγερται καὶ ἐπαγκόνος ἐστι· οἱ δὲ πόδες οἱ ἔμπροσθεν οὐκέτι καὶ αὐτοὶ ἀποτάδην οἷον ἐπιπλευρον κειμένης· ἄλλο μὲν ὀκλάζοντι ἔοικε καμπυλος ὑπεσταλμενη τῇ ὁπλῇ· ὁ δὲ πάλιν ἐπανισταται καὶ τουδάφους ἀντιλαμβάνεται· οἷοι εἰσιν οἱ ἵπποι πειρώμενοι ἀναπηδᾶν· τοῖν νιογνοῖν δὲ τὸ μὲν ἔχει ταῖς ἀγκάλαις καὶ τρέφει ἀνθρωπικῶς ἐπέρουσα τὸν γυναικεῖον μασθὸν· τὸ δὲ ἕτερον ἐκ τῆς ἵππου θηλάζει εἰς τὸν πωλικὸν τρόπον ἄνω δὲ τῆς εἰκόνος οἷον ὡς ἀπό τινος σκοπῆς ἱπποκένταυρος ἀνὴρ ἐκείνης δηλαδὴ τῆς τὰ βρέφη τιθηνουμένης ἐπικύπτει γελῶν οὐχόλος φαινόμενος ἀλλ' εἰς μέσον λέοντος σκύμνον ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ ὡς δε δείξαιτο τὰ βρέφη· τὸ δὲ θαυμαστὸν τοῦ ζεύξιδος ὅτι τὸ ποικίλον τῆς τέχνης ἐν μια ὑποθέσει ἐπεδείξατο ἵππον σωβαρὸν ἄγριον κομιδῆ λασιον τῇ χαίτῃ στέρνον τε καὶ ὤμους ὄμμα θηριωδὲς καὶ ἄγριον τὴν δὲ ἵππον οιαι τῶν θετταλῶν ἀνεπίβατοι ἀδμῆτες ἔτι καθύπερθεν ἡμίτομον γυναικος· ὅσα δὲ τῶν νοτων ἔξω σατυροειδῆ καὶ μίξις τις καὶ ἁρμογὴ τῶν σωμάτων. — In his quae vel receptu, vel certe notatu, dignae videbuntur lectiones variae, eas hoc signo: *Bodl.* notatas locis suis indicabo. Lehm.

Ead. l. 7. *Καινοποιεῖν*) Vide idem ferme de eo *Aristotelis* judicium de Poët. c. 26. f. Solan.

Ead. l. 14. *Σύλλας*) Periit itaque thesaurus antiquitatum Graecarum immensus; sed statuarum tantum, aut tabularum pictarum: nam quae longe major jactura orbi erudito futura erat librorum, quos summa cum cura ab eo collectos fuisse in Graecia idem *Lucianus* docet Adv. Indoct. c. 4. non est facta. *Plutarchus* enim libros memorat Athenis ab eo Romam incolumes deportatos. *Plut.* Syll. 856. A. Solan.

Pag. 132. l. 8. *Ἡ Κένταυρος*) Petiitne ex hoc *Luciani* libello *Κενταυρίδων* suarum imaginem *Philostrat.* Icon. 2, 3.? Lectori certe non injucundum erit utramque picturam contulisse. Gesn. *Scholiastes Bodlejanus*, qui in hujus picturae descriptione manifesto *Luciani* verba ante oculos habuit, *Luciani* tamen illam esse dissimulans ad *Callimachum* et *Calaesem* auctores refert. Sed quinam illi fuerint, ignoro. *Callimachum* quidem illum Cyraenaeum hymnorum artificem nemo temere cogitaverit: fortassis intellexit *Callistratum*, in cujus Ecphrasibus reperitur una, numero 12., quae de Centauri cuadam statua agit, pulcherrime et artificiosissime elaborata, et in Propylaeis exposita. Sub *Calaese* autem, nisi omnia me fallunt, *Luciani* nostri nomen latet, aut consulto mutatum, aut casu quodam depravatum. Quorum utrum potius statuam, adhuc ambigere me fateor. Lehm.

Pag. 133. l. 2. *Οἷόν εἰσιν ἵπποι*) Vide nos infra ad Harpocr. c. 3. *ἀλλότριον τἀμά*. Ubi plura ejusmodi singularis cum plurali exempla dedimus. Reitz. Quae huc nihil faciunt. Veram lectionem, quam linguae leges et scriptoris usus postulat, servavit Cod. Bodl. *οἷοί εἰσιν*. Cf. infra c. 6. in. Piscat. c. 25. in. et innumera alia loca, in quibus passim aberrarunt librarii, ut Somn. c. 17. ubi pro *ὥςπερ* e Cod. Aug. restituimus *οἱόςπερ*. Lehm.

Ead. l. 6. *Ἐς τὸν πωλικὸν τρόπον*) *Benedictus, equarum more.* Et cur non aeque bene *Obsopoeus? quemadmodum foli a matribus lactari solent.* Gron.

Pag. 134. l. 1. *Ἐφ' ὅσα*) Illud *ἐπὶ* quid hic valeat, non foro; expungendum tamen censeo, meliusque tum habitum hunc locum. Solan. Minime vero. Inest enim in Praepositione modesta finium declaratio, intra quos judicium suum tor contineri vult. Verte: *in quantum*, ut fecit *Gesnerus*, *si malis*, *quatenus*. Ceterum cum his, *ἐφ' ὅσα*, arctissime cohaerere sequens *ἔχει*, et Subjectum repeti debere *τὰ ἄλλα*, non monerem, nisi *Belinum* viderem in Adnot. ad Dionem suam Tom. II. p. 336. in structura loci haesisse,

et, quo se expediret, conjecisse scribendum, *εἰ τὴν ὅλην τ μως* etc. Quam asperrimam orationis viam non, credo, iniisset vir aliàs haud inelegantissimus, si vel versionem *Gen ri*, quamquam illam pro linguae Latinae genio liberiorem recte consuluisset, vel etiam comma illud, quod in plerisq Edd. post *ἡμῖν* positum erat, plane abfuisset. Nos infelicem istam offensam, praeeunte B. 3., tollendam duximus. Leun.

Ead. l. 5. *Σκιάσαι*) At, si Perraltes audias, hoc pictoribus antiquis ne in mentem quidem venerat. Vid. *Philos* p. 71. et *Jun.* de Pict. vet. III, 3. Solan. Imprimis §. 6 ubi *Junius* e probatissimis scriptoribus docet, luminis et umbrae distinctionem non sane pictoribus antiquis, maxime in sedentibus imaginibus, incognitam vel inusitatam fuisse. Hunc autem *Luciani* locum a *Junio* in eum finem non adhibitum esse paene miror. Leun.

Ibid. Καὶ τοῦ μεγέθους τὸν λόγον) Cum Lucianus descripsisset Centaurum feminam duobus infantibus ubera praebentem a Zeuxide mirifice descriptam, cujus tabulae exemplum visebatur Athenis, cum ipsum Zeuxidis *πρωτότυπον* a Sulla missum Romam ad Maleam naufragio intercidisset, plurima alia fuisse in illa tabula divina plane et admiranda, quae artis rudes fugiant, elegantes autem spectatores, et eruditos oculos advertant maxime, et in admirationem rapiant, praecipue vero pictores, qui multa videant, quae nos non videmus, *καὶ τοῦ μεγέθους τὸν λόγον, καὶ τὴν τῶν μέτρων πρὸς τὸ ὅλον ἰσότητα καὶ ἁρμονίαν, γραφέων παῖδες ἐπαινούντων, οἷς ἔργον εἰδέναι τὰ τοιαῦτα.* Sic in Latinum transtulerunt hunc locum: *At magnitudinis proportionem, et mensurarum ad totum aequalitatem atque compagem pictores commendent, quorum muneris est talia scire. Τῷ ὅλῳ* inepte et insulse opponuntur *μέτρα*. Novi quidem *μέτρα*, seu mensuras in pictura, de quibus *Philostratus* junior in prooemio Iconum, et *Plinius*. Sed *ἰσότης καὶ ἁρμονία* simpliciter est symmetria, neque *μέτρων ἰσότης* quicquam aliud esse potest, quam *συμμετρία*. Si ergo vulgatam tenemus lectionem, cujus rei erit illa *μέτρων ἰσότης*. Membra vero et partes recte opponuntur toti. Illarum aequalitas debet respondere toti. Legendum igitur est, *τῶν μερῶν πρὸς τὸ ὅλον ἰσότητα, partium cum toto congruentiam et aequalitatem. Dionysio Longino περὶ ὕψους* dicitur *συμμετρία τῶν μελῶν πρὸς ὅλον*, cum ait: *τὸ καλὸν τοῦ σώματός ἐστι συμμετρία τῶν μελῶν καθεστώτων αὐτῷ πρὸς ἄλληλά τε καὶ πρὸς ὅλον. Pulchritudo corporis est conformitas membrorum recte constitutorum ad se invicem, et ad totum.* Aliis est *ἀναλογία*. Ciceroni I. de off. *partium convenientia, et apta membrorum compositio*

Plinio in epistolis *congruentia et aequalitas membrorum*, lib. II. ep. 5. *Si avulsum statuae caput, aut membrum aliquod inspice-es, non tu quidem posses ex illo congruentiam aequalitatemque leprehendere, posses tamen judicare, an id ipsum satis elegans sset.* Sic *aequalis* et *congruens* jungit quoque *Suetonius* de Tiberii corporis habitu: *Latus ab humeris et pectore, ceteris uoque membris usque ad imos pedes aequalis et congruens:* hoc st, verbis Luciani *ἣν πάντων τῶν μελῶν πρὸς τὸ ὅλον ἰσότης αὶ ἁρμονία.* Hoc autem inter praecipuas egregii artificis uras et notas, nosse partium *συμμετρίαν* et *ἀναλογίαν* cum oto: hujus majorem habebant rationem, quam similitudi-is. Illam tribuebant arti et exercitationi, hanc ingenio et udicio artificis. *Vitruvius* id ipsum requirit in architectis ib. III, 1. *Sacrarum aedium membra, ad universam totius ma-nitudinis summam, ex partibus singulis convenientissimum debent abere commensum responsum.* Hunc *Luciani* locum sic puer ere emendavi, cum cum aequali *Jo. Schiltero*, necessario ieo, qui nunc illustrissimo Duci Saxoniae est a consiliis, t inter Jurisconsultos doctos et elegantes non ultimum lo-um tenet, ante triginta annos hunc scriptorem evolverem, t excuterem. Recte vero me vidisse, excerpta Ms. quae tre-ecim abhinc annis nactus sum, ostendunt, in quibus *μερῶν* gitur, quamvis sine iis ipsa ratio sic scribendum esse ju-at. GRAEV.

Ead. l. 5. *Μέρων*) Sic recte praeter Ms. Gr. P. L. et Ed. Reliquae omnes *μέτρων*. SOLAN. Ego *μερῶν* scribo. REITZ. Quidam damnare possum *τῶν μέτρων ἰσότητα πρὸς τὸ ὅλον*, e. verbo uno *συμμετρίαν*, quae sine dubio in partibus est, cet expressa partium mentio non fiat. Etiam qui *μέρων* ha-nt libri, ipso accentu produnt, fuisse in archetypo *μέτρων*. ISN. *Μερῶν* nec ego scribere dubitabam. Accentus ratio hil decernit, quum constet, quanta fuerit librariorum in-ria vel inscitia in accentibus maxime Genitivorum illorum uralium recte collocandis, in quibus saepissime tonum ce-rorum casuum retinuisse deprehenduntur. *Μέρων* autem ipsum illum accentum, et quod quis aeque ac *Gesnerus* de *metria* cogitaret, facillime in *μέτρων* mutari potuit. At *metriam* illam jam in antecedentibus verbis, *τοῦ μεγέθους λόγον*, commemoraverat auctor. Neque adeo nunc ite-n de eadem virtute mentionem fieri potuisse censeo. *Τὸ ν* denique et *τὰ μέρη* optime inter se referri quis neget? EM.

Ead. l. 6. *Γραφέων παῖδες ἐπαινούντων*) *Γραφέων παῖδες* t discipuli pictorum, immo pictores ipsi, ut *φιλοσόφων*

παῖδες Noster alibi dicere amat. Ceterum ne mirere structu ram horum verborum, nec quaeras, quo participium illud pertineat, neque in ἐπαινοῖεν mutandum suspicere. Est enim genuinus Atticismus participii *), pro imperativo ἐπαινείτω σαν, quem recte illustrat *Th. Magist.* v. ΧΡΗΣΘΩΝ, ac non nullis exemplis confirmat. Adde *Wesseling.* Observ. p. 51. ub ex *Sophocl.* Ajac. Mastig. 981. adfert: Οἱ δ' οὖν γελώντων κὰ πιχαιρόντων κακοῖς, i. e. *rideant illi et gaudeant malis.* Ali hujus generis participia pro aliis modis, vid. ap. *Maittaire* d Dial. p. 79. Reitz.

Ead. l. 8. Ἐπήνεσα) Absurde *Obsopoeus, laude extolle bam*, cum aorist. indicativi hic vertendus subjunctive. Ex empla simil. vid. ap. *Jens.* in Lectt. Lucian. p. 28 — 30. Se credo, id me jam notasse ad Hermot. cap. 61. et 81. Confe *Ael.* V. H. 2, 31. Reitz.

Pag. 135. l. 7. Τὸ νεογνὸν δὲ τὸ ἐν τῶν νηπίων, ὅμως ἄγριο καὶ ἐν τῷ ἁπαλῷ ἤδη φοβερὸν) Interpretantur, *porro infantu alter, non secus ac pater agrestis est, et in tenera aetate jam ter ribilis.* Satis fideliter, nisi quod quatuor voces, quae se quuntur tertiam, me offendunt, maxime quia nec in Grae cis habentur. (Ὅμως *Obsopoeus* acceperat pro ὁμοίως. Lehm Et quare unus modo similis est patri, non etiam alter pu lus? An vero scribunt, hanc fuisse naturam Centaurorum diversitatem, prout ex equino aut muliebri ubere lactaret tur? Quasi vero in lactantibus etiamnum bestiis magnam in dolis et feritatis differentiam videamus. Immo quis ille e duobus est ἀγριώτερος καὶ φοβερώτερος; Profecto merae absu ditates, et misere depravatus est hic locus. Nam ne Grae quidem bona sunt. Quis enim dicit τὸ νεογνὸν τὸ ἐν τῶν ν πίων; quo geminum illum articulum? et cur non tantumm do τὸ ἐν τῶν νηπίων, vel τὸ ἐν τῶν νεογνῶν; Quin etiam c non addit manifestius differentiam, ut appareat, quam h sit ex patre ἄγριος, alter sit instar matris aut καλλίων, s mitior? En igitur necessariam et egregiam restitutionem, νεογνὸν δὲ, τὸ ἐν τῷ νηπίῳ ὅμως ἄγριον καὶ ἐν τῷ ἁπαλῷ ἤδη τ βερόν· nec de altero infantum, sed utroque accipe, *Foc autem adhuc in tenerrima aetate tamen ferus et in molli jam ter bilis.* Deinde verte: *Et hoc mihi visum est admiratione digna* (ut referatur ad praecedens, quod perperam *Benedictus* re ad sequens) *et quod admodum pueriliter* etc. Sane etiam t

*) Immo terminatio imperativi. Adde *Homer.* Iliad. Θ, 51 521, aliaque, quae deinde dedi. Reitz. *in Addend. et Corrig.*

aid videtur adtendisse *Obsopoeus*. Gron. *Τῶν νεογνῶν* P. L. In reliquis prave legitur *τὸ νεογνόν*. Solan. Quodsi ave legatur *τὸ νεογνὸν*, non video tamen, quid in *τῶν νεοῶν* praestantius habeatur. Si attente quis *Gronovii* observationem legerit, seduloque ad textum vulgatum comparaverit, vix erit, opinor, quod eleganti et acuto viri judicio aviter opponatur. Sensum certe *Luciani* eum recte attigis-, nemo facile dubitabit, licet de ipsis verbis constituendis aliam discedere possis sententiam. Quapropter et interetes *Gesnerus*, *Belinus* et *Wielandius Gronovii* rationem acurate secuti sunt. Nos vero, quia etiam aliter *Lucianus* ndem rem expressisse putari potest, verba olim vulgata renere satius duximus. Ceterum quod *καὶ τοῦτο* a *Benedicto* l sequentia potius, quam ad praecedentia, relatum est, ictum id culpa veterum Editionum, in quibus omnibus ac ngulis post *φοβερόν* plene distinctum video. Lehm.

Ead. l. 11. *Ἐν χρῷ — προσιστάμενοι*) Etsi praepositio *ἐν* ic vix abesse queat, accedit tamen ad pleonasmum, de quo)ial. praeced. Herodot. cap. 5. ad verba *παίζουσιν ἐν ὅπλοις*, iximus. Reitz. Vide potius adnot. ad Hermot. c. 5. unde atebit nihil hic esse pleonasmi, nisi ipsam *Reitzii* notam. ehm.

Pag. 136. l. 6. *Περίβαλε — καὶ ἀράμενοι*) Unum adloquitur discipulum, tamen singulari et plurali numero simul titur, dicens: *ἄγε Μικκίων, περίβαλε τὴν εἰκόνα, καὶ ἀράμενοι ἀποκομίζετε*. Hoccine *ἀσύστατον· involve hoc et auferte*.)e Graecis securus *Obsopoeus* utrumque singulari numero eddidit, *age, puer, involutam picturam aufer*. Sed an posteiora in singularem erunt mutanda, vel pronomen *ὑμεῖς* ante *ἀράμενοι* excidisse dicendum? quia, postquam unum pueum involvere picturam jusserat, dein conversus ad ceteros lixerit: et vos eam domum auferte, quippe quae major erat, quam ut ab uno commode portari posset. At potest *ὑμεῖς* sic)er se satis intelligi, ideo nihil muto; quin vel sine transitu ic potest accipi, ut unum nomine vocans ei simul mandet, quid ab eo, quid ab reliquis fieri velit, ideoque comma, quod n *Paris.* post *εἰκόνα* erat, servavi, quod *Salm.* in punctum nutavit: id vero si quis praetulerit, ut novum a *καὶ ἀράμενος* mandatum incipiat, potest recipere. Est tamen locutio rarior, nec permittit tempus eam exemplis adstruere. Alia enim enallage est haec *Aristophanis* Plut. 527. — *οὐχ ἕξεις οὔτ' ἐν κλίνῃ καταδαρθεῖν, οὐ γὰρ ἔσονται· Non licebit tibi in lectulo dormire, non enim erunt*, (scil. lecti). Evang. *Luc.* V, 4. *ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν*. Et *Aelian.* Var. Hist.

I, 4. Ceterum hic quoque observemus, non semper in tabu-
lis pinxisse veteres, sed etiam picturas in membrana colori
bus aqua temperatis factas. Quin et in linteo pingere notu
fuisse tempore *Plinii*, vid. ap. ipsum lib. XXXV. c. 7. Quo
non miror, cum de libris linteis, se multo antiquioribus
jam fecerit mentionem *Livius*. Veteres autem aqua tantum
non oleo temperatis coloribus usos, ait eruditiss. *Alkemad*
in Praefat. ad *Melis Stoke Rym-Kronyk*, methodumque ole
pingendi anno demum Christi 1410. ab *Isaaco van Eik* inve
tam docet. At quomodo aqueae istae picturae aëris, aqu
salsae, et imbrium injurias ferre poterant? Picturis eni
ornatas et coloribus variatas fuisse naves, januas, clypeo
currus et similia, testatur *Plin.* eodem c. 7. et seq. ejusd. lib
35. quod et alii auctores testantur. Et quomodo ad plu
saecula perdurabant etiam sub terra inventae tabulae picta
ut colores adhuc distingui potuerint? veluti illa nymphaeu
referens, de qua vid. *Holstenii* Commentar. in Thes. *Gro*
T. IV. p. 1800. Tegebantur quippe udo tectorio (de quo vi
Vitruv.) et incrustabantur pellucido ex gummi ac resinis co
fecto glutine, vel inurebantur, vid. *Plin.* c. XI. libri di
pr. et fin. capitis, quod vocabant *in encaustice pingere*, cuj
duo fuerint genera, *cera, et in ebore, cestro:* ac tertium a
cessisse, *resolutis igni ceris penicillo utendi; quae pictura in n
vibus nec sole, nec sale ventisque corrumpitur.* Verum cum
κνδος oleariam ampullam proprie significans, etiam pro va
pigmentario inveniatur usurpatum, et oleum cedri incorru
ta a vermibus praestare ligna et ebur sciverint veteres, id
eos in usus adhibuerint, mirum, cur in mentem iis non v
nerit, ipsos colores oleo temperare, et magis miror, *Fr.*
nium nihil de hac inventione prodere. Ego saltem illum p
volvens invenire non potui. Quare manum de tabula,
mihi exprobretur, quod Protogeni, cujus unicum in arte
tium reprehendit Apelles, *quod manum de tabula tollere*
sciret, memorabili praecepto, nocere saepe nimiam dilige
tiam. Reitz. Simplicissima est dicendi ratio, de qua
priori hujus Adnotationis parte *Reitzius* egit. Περίβαλε
unum Miccionem pertinet; quod statim adnectitur, ad p
res, quibus opus erat ad istum finem, vel discipulos,
famulos. Neque ideo opus est, ut pictor credatur, h
posteriora loquens, ad alios sese convertisse; quemadmod
nec Jesus in simillimo illo *Lucae* loco Evang. V, 4. ve
ἀνάγαγε εἰς τὸ βάθος ad Petrum, sequentia vero, καὶ χα
σατε τὰ δίκτυα ὑμῶν ad reliquos sectatores suos, dixisse
stimandus est. Complectitur enim Pluralis eos, qui ejus

rum eo, quem quis allocutus sit, generis sunt. Sic Timon in. ad Blepsiam proxime conversus Timon haec ei verba in- clamat: *Ἀλλ' οὐκ ἀναιμωτί γε ὑμεῖς, οὐδὲ ἄνευ τραύματος,* significans hoc Plurali simul, qui cum Blepsia erant, Gni- thonem, Lachetem, et reliquos. Sic Diall. Mortt. II. in. Pluto, postquam Croesus suo et Sardanapali, et Midae, no- mine Menippum accusaverat, hunc Croesum proxime com- pellat, quasi cum reliquis quoque agens, *Τί δ' ὑμᾶς δει- νὸν ἐργάζεται ὁμόνεκρος ὤν.* Sic, ut unum adhuc addam, ibid. Diall. VI, 3. cum uno Terpsione heredipeta agens, nemine praeterea adstante, Pluto haecce dicit: *Ταῦτα μέν, ὦ Τερ- ψίων, πολὺ συνετώτερα γίνεται, ἢπερ σοὶ δοκεῖ. καὶ ὑμεῖς δὲ* jam convertitur oratio ad reliquos ejusdem cum Terpsione itae generis) *τί παθόντες ἀλλοτρίοις ἐπιχαίνετε;* Quin res ip- a hanc dicendi rationem non tuetur solum, sed etiam ma- ime commendat. Neque adeo opus erat, ut in versione ujus nostri loci *Gesnerus*, quo transitus indicaretur, adde- et vocem *vos*, quam consulto praetermisisse putandus auc- or. Nam sequentia quoque ad unum *Miccionem* a *Zeuxide* icebantur. Quae autem ex *Aristophane* et *Aeliano Reitzius* d illustrandam hanc dicendi formam repetiit exempla, ea m patere puto, minime huc pertinere. Leuh.

Ead. 1. 8. *Τῶν δ' ἐφ' ὅτῳ*) Non puto recte cohaerere vul- *tam* lectionem *τῶν δ' ἐφ' ὅτῳ*· sed respondere sibi debere *τὸ δ' ἐφ' ὅτῳ. Gravianae* emendationis sententiam secutus m; sed eam locum habere posse putabam, et si illud *δεῖ* n inseramus, sed intelligamus. Decet iratum et stoma- antem abrupta oratio. Gesn. Illud *ἴσως τοῦ*, quod Cod. prae se fert, glossam olet, quam quis conjectans forsan *τὸ* pro *τῶν* legendum, (quod sane verum foret) margini ad- suerat, quaeque deinde, quod saepe fieri notum est, in xtum ab imperito est admissa. Reitz. Facio cum *Gesnero*, od *δεῖ* intelligi, non inseri, vult: non facio cum eo, si *τὸ* potius, quam *τῶν δ'*, rescribi jubet. Pluralis enim re- iritur, qui *varias* virtutes indicet, quarum Zeuxis dicit, a ctatoribus nullam haberi rationem. *Ἐφ' ὅτῳ* autem non tissime cum *τῶν δ'* cohaeret, sed ad totam sententiam se- ntem referendum, *εἰ καλῶς ἔχει, καὶ κατὰ τὴν τέχνην.* Ta- autem transpositiones verborum non abhorrent ab eo af- tu, qui h. l. Zeuxidis est. Cf. De Merc. Cond. c. 41. ubi ba *καὶ μάλα εἰκότως* inserta leguntur, et prae ea enuntia- ie collocata, quam proprie sequi debebant. Sequens enim necessario cum his, *καὶ μάλα εἰκότως*, mente est conjun- dum. Ceterum de lectione Cod. L. *ἴσως τοῦ* rectissime

videtur *Reitzius* judicasse. Offenderat enim jam antiquitus lectio vulgata τῶν, sequente relativo Singularis numeri. LEHM.

Ibid. Ἐφ' ὅτῳ) Zeuxis jubet hanc tabulam proponi pueros domum ferre, quia spectatores non artificium laudabant, sed novitatem et insolens argumentum, dicens: οὐ γὰρ ἡμῶν τὸν πηλὸν τῆς τέχνης ἐπαινοῦσι, τῶν δ' ἐφ' ὅτῳ, εἰ καλῶς ἔχει, καὶ κατὰ τὴν τέχνην, οὐ πολὺν ποιοῦνται λόγον. Interpres Salmuriensis: *Hi namque nostrae lutum artis laudant, sed mentis et scopi, num recte et ex arte factum sit opus, nullam habent rationem.* Mirum, τὰ ἐφ' ὅτῳ esse *mentem et scopum*. *Obsopoeus* plane omisit. Ἐφ' ὅτῳ, ἐφ' ᾧ, ἐφ' οἷς, Graecum est, *qua de causa, qua in re.* *Herod.* Polymn. πυθόμενοι ἐφ' οἷς ἦλθον, *sciscitati, qua de causa venissent.* Sed in Luciano deest verbum, ad quod referatur ἐφ' ὅτῳ. Puto igitur excidisse τὸ δεῖ, idque absorptum esse a sequente vocula εἰ, quae nullum in priscis membranis frequentius est erratum. Scribas igitur scribas: τῶν δ' ἐφ' ὅτῳ δεῖ, εἰ καλῶς ἔχει, καὶ κατὰ τὴν τέχνην, οὐ πολὺν ποιοῦνται λόγον. *Illorum vero, propter quae oportet,* sc. ἐπαινεῖν, laudare picturam, *num recte et secundum artem sit facta, nullam habent rationem.* GRAEV.

Ead. l. 11. Σωτὴρ) Antiochus hic omnium primus. In nummis nusquam reperiri hunc titulum, testis est *Spanh.* 415. Sed idem aliunde satis confirmat. Ob hanc ipsam pugnam ei datum tradit *Appianus* in Syriacis. SOLAN. Cap. 65. LEHM.

Pag. 137. l. 2. Ἐπὶ μετώπου) *Obsopoeus* verterat, *a tergo* pro, *in fronte,* satis imperite profecto. REITZ.

Ibid. Ἐς βάθος δὲ ἐπὶ τεττάρων καὶ εἴκοσι τεταγμένους ὁπλίτας) Cum toties haec sint ab viris doctis explanata, certe nequit laudari *Benedictus*, dum interpretatur primas voces *in medio*, unde utique patet, eum non intellexisse. *Obsopoeus* et simplicius et propius ad intelligentiam, *in profundum. Leovius* solet dicere, *introrsus porrectos ordines, introrsus patentem aciem*, et *latitudinem aciei.* GRON. Sic *profundum* de denso et *Herodian.* supra ostendimus, ad Piscat. c. 12. et 41. De Merced. c. 25. et 33. Sic Latini *profundum* etiam de dimensione horizontali, ut *profundae silvae* apud *Lucret.* V, 42. et *Curt.* VII, 7, 4. quod jam dixi in libro *de Ambiguis.* Quae de altitudine arborum interpretari absurdum foret. Addo hic *Thucyd.* L. V. c. 68. Ἐπὶ δὲ βάθος ἐτάξαντο μὲν οὐ πάντες ὁμοίως. Et *Xenoph.* II. Hist. Gr. p. 472. citante *Dukero* ad *Thucyd.* VII, 78. Item *Diodor. Sic.* p. 575. βαθεῖα φάλαγξ adductum in Indice. Ἐπὶ τεττάρων autem firmat idem *Duk.*

is ibidem loco *Xenophontis* modo descripto, ubi ait: *καὶ ἐγέ-ντο βάθος οὐκ ἔλαττον, ἢ ἐπὶ πεντήκοντα ἀσπίδων.* REITZ.

Ead. l. 5. *Ἐπιβήσεσθαι*) In Angl. Cod. pro quo ex fide ISS. et Cod. Flor. reposuimus *ἐκπηδήσεσθαι.* BOURD.

Ead. l. 8. *Αὐτῷ*) P. melius, quam quod in reliquis *αὐ-τῶν.* SOLAN.

Ibid. Δι' ὀλίγου) Ita, ut conjecerat *Vorstius*, P. Codex. n impressis *δι' ὀλίγον.* SOLAN. *Brevi tempore*, vel *per breve mpus* rei ratio flagitat: atqui id est *δι' ὀλίγου.* Vid. *Schae-er.* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 553. qui conferri jubet *Pausan.* II, 2. et IV, 16. Etiam in Nigrin. c. 10. pro *δι' ὀλίγου* Edi-io B. 2. falso exhibuit *δι' ὀλίγον.* LEHM.

Pag. 138. l. 6. *Τότε ἀνὰ τέτταρας μὲν τῶν ἐλεφάντων ἀπαν-ᾶν ἐφ' ἑκάτερα τοῖς ἱππεῦσι*) Cum vertit *Benedictus*, *tunc cum uaternis elephantis utrinque occurrere equitibus*, imitatur *Obso-oeum*, *tunc una cum quatuor elephantis utrinque equitibus esse ccurrendum*, qui uterque debuerat addidisse, qui cum ele-hantis occursuri essent: certe securius poterant, *tunc ele-hantos quaternos utrinque occurrere equitibus* Galatarum. GRON.

Ead. l. 12. *Ἐταράχθησαν*) Idem Romanis, bello Taren-ino, cum Pyrrho dimicantibus evenit. V. *Fl.* I, 18. VORST.

Ead. l. 13. *Τετριγότων*) *Mart. Delrio* ad *Senec.* leg. putat *ῥαχυτήτων.* BOURD. *Polyaenus κραξάντων* de elephantis usur-pat. Strateg. IV. p. 385. A. Sed *Philostratus* 61. utitur hac, nisi quod ibi perperam legitur *τετρυγὼς* pro *τετριγός.* SOLAN. Cf. Timon. c. 21. ibique Adnot. T. I. p. 414. sq. LEHM.

Ead. l. 16. *Πρὶν ἢ*) Non solum quatuor illae, quas *So-lanus* contulit, sic habent Edd. sed et *Par.* et *S.* nec dubito, quin et ceterae. An vero credidit, posse abesse illud *ἤ*; pot-est quidem: sed et recte adest, ut supra Dial. Mort. XIV. Alex. et Philip. *ἀλλὰ πρὶν ἢ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι, φυγόντων. Aelian.* V. H. I, 21. *νόμος ἐστὶν — μὴ πρότερον λόγου μετα-λαγχάνειν, πρὶν ἢ προσκυνῆσαι αὐτόν.* Et non semel alibi. *Herodian.* I. c. XI, 11. *Οὐ πρότερον ἡ ναῦς ἀνέδραμε, πρὶν ἢ τὴν ἱερείαν ἀνεχθῆναι τῆς Θεοῦ.* Ne plura addam. REITZ.

Pag. 139. l. 1. *Περιπειρόμενοι*) Sic quoque in *J.* erat, sed *α* supra posuit *Solanus*, ut qui *περιπειράμενοι* legi velit, addiditque conferendum Nostrum p. 254. ed. *Junt.* et Tom. altero, p. 172. id est, in Catapl. c. 51. ubi *περιεπάρη τις μάλα καρτερὸς* legitur. Alter locus est in Gallo c. 2. *περιπεπαρμένα τοῖς ὀβελοῖς.* Adde et mox hoc capite, *τοῖς ὀδοῦσι περιπείροντες.* Unde quidem usus hujus verbi ac vis probatur, mi-nime tamen inde conficitur, *περιπειρόμενοι* in *περιπειράμενοι*

mutandum: quin passivum hic praeferrem; nam si medium adhibere voluisset, quidni dixisset *περιπειράμενοι ἀλλήλοις*. Plura ad significationem hujus verbi probandam adduxit *Jac. Elsner.* ad I. Ep. ad *Timoth.* VI, 10. *Καὶ ἑαυτοὺς περιέκειρεν ὀδύναις πολλαῖς.* Ubi et haec *Luciani*, et *Heliodor.* L. IX. p. 438. et *Plut.* Gracch. p. 842. profert. REITZ.

Ead. l. 2. *Τὰ ἅρματα δὲ ἀναστρέψαντα*) Uterque interpres hoc loco somniat subversos currus, tanto ineptius, quod tamen eosdem mox ferri denuo in suos dicant; quae quemadmodum fieri possunt? Praeterea didici, cum de subversione loquitur *Lucianus*, non *ἀναστρέφειν* illic locum habere, sed *ἀνατρέπειν*. Sic in historia conscrib. *ἀνατρέψαι μόνον τῶν ἄλλων*, et in Demonacte *ἀνατραπέντος τοῦ σκάφους*, ubi vertitur *submersa nave*, forsan praeter auctoris et mentem et manum, quae tantum vult aut voluit, *subversa*. Et nostrum ipsum in *Aristophanis* Pace, *ἅρματα δ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀνατραμμένα*. At nunc intelliguntur *retroacti* vel *reversi*, ut in Scytha, *οὐκ ἂν οὐδὲ ἀνέστρεψεν οἶμαι ἐς Σκύθας* Anacharsis, *εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε*. Indignum profecto tam exigua, nota et obvia ignorari. Quin etiam distinctio ponenda est post verbum *ἀναστρέψαντα*, sed hoc modo, *τὰ ἅρματα δὲ, ἀναστρέψαντα καὶ ταῦτα εἰς τοὺς οἰκείους, οὐκ ἀναιμωτὶ διεφέρετο*. Mox male in *Salmuriensi* editum *τῆς τὸ εὐθὺ ὁδοῦ*, quod in hac Ed. repeti video, cum recte *Basileenses τῆς ἐς τὸ εὐθὺ ὁδοῦ*. GRON.

Ead. l. 5. *Ἅλφοι δ' ἀνεκυμβίλιαζον*) Ex *Homeri* Iliad. Π v. 389. Mox *κεῖν' ὄχεα κροτάλιζον*, ex ejusdem poëtae Iliad. *Λ*, 160. petita sunt. GRAEV. Homer. Il. *Π*, 379. SOLAN.

Ead. l. 7. *Ἀποβαλόντες*) Etsi parvi est, monendum tamen, me ideo *ἀποβαλόντες*, ex *Fl.* et *B.* 2. praetulisse, quia ex ipsa prava scriptura reliquarum suspicor, eas aoristum dare voluisse; omnes enim *ἀποβαλλόντες* legunt, accentu in penultima collocato, etsi duplex λλ habent. Et mirum est, ut saepe vitium unius tam apertum, et facile corrigendum, propagetur per reliquas. Sola *Par.* *ἀποβάλλοντες*. Cui si plures vett. consensissent, non mutassem quidem; sed aor. hic tamen magis placet, etsi mox *τέμνοντες* sequitur, et sequentia etiam participia omnia in praesenti tempore efferuntur, quia *ἀποβαλόντες* cum *τέμνοντες* non ita arcte cohaeret: nam quod *Κεῖν'* in *Junt.* a majore litera inchoatur, quia verba *Homeri* sunt, nihili est, cum novus sensus ibi non incipiat; ideo etiam comma ante *κεῖν'* tollere non dubitavi, quo sensum planiorem redderem. Tum etiam accentum in *κεῖν'* mutavi, cum Edd. nonnullae *Luciani* haberent *κεῖν'*. Est enim

hic κείν' pro κεινὰ, i. e. κενὰ ὄχεα, *vacui currus*; sed κεῖν' s. κένα ab ἐκεῖνος foret. Sic saltem κείν' accentu acuto in tribus quoque bonae notae *Homeri* Editt. quas contuli, exaratum est; alioqui potius sine accentu scriberem, quia is in ultimam incidit: sed quia usus obtinuit, ut declinabilia accentum retrahant ante apostrophum, bene κείν' scribitur. Verumtamen adhuc aliquid ad sensum deesse videtur, nempe καὶ vel τε· mallem itaque legere, τούς τε ἐπιβάτας ἀποβαλόντες κεἰν' ὄχεα κροτάλιζον, *sessoribusque excussis vacuos currus cum strepitu rapiebant*. Κροτάλιζον enim hic pro ἐκροτάλιζον, augmento poëtice abjecto, servandum; licet alibi, ubi ad poëtae alicujus verba non respicitur, id omissum recte restituerint eruditi. Vid. mox Harm. c. 1. ubi νικήσας in ἐνίκησας mutatum. At in praet. plusq. perf. saepe in prosa etiam abscitur, ut dicam deinde. Reitz. Κείν' recte habent B. 1. 1. 2. sed B. 3. sine accentu. Verba τοὺς ἐπιβάτας ἀποβαλόντες sic cogita resoluta: — — ἀπέβαλον, καὶ etc. Sic non erit, quod cum *Reitzio* temere corrigendum existimes: τούς τε ἐπιβάτας. Sic etiam intelligetur, quanto praestet h. l. Aoristus Praesenti. Quin ἀποβάλλοντες ne tolerari quidem potest. Nam sequentibus Participiis τέμνοντες, διαιροῦντες, nihil est cum hoc commune. Lehm.

Ead. l. 9. Κείν' ὄχεα) *Homer.* Il. Λ, 160. Solan.

Ead. l. 12. Κατεβάλλοντο) MS. Regius κατελαμβάνοντο. Conrad. Idem hic Regius est Codex, quem *Belinus* numero 2954. insignivit; in quo non solum κατελαμβάνοντο, sed sua etiam καταλάβοιεν legi *Belinus* refert. Quae quidem lectiones etsi per se, quod reprehendantur, non habeant, non ideo tamen vulgatis praestant, ut cum *Schmiedero* et *Belino* eas recipiendas arbitrer. Verba autem καταβαλεῖν et καταλαβεῖν saepissime a librariis permutata esse, neminem fugit, qui antiquiora volumina versaverit. Lehm.

Ead. l. 14. Περιπείροντες) Vid. paullo supra ad caput praecedens. Solan.

Pag. 140. l. 2. Ἐπαιώνιζον) P. et Schol. ἐπαιάνιζον. Utrovis modo vulgo apud scriptores reperitur. Solan.

Ead. l. 8. Ἐλέφαντα) Vide ejus nummum, quem exhibet *Spanh.* 406. Solan. Modo pro ἐπί τε τῷ τροπαίῳ Cod. 2954. habet ἔπειτα τῷ τρ. quam mutationem, monente *Belino*, arripuit *Schmiederus*. Posset, si emendatione opus esset, etiam sic rescribi: ἔτι δὲ τῷ τρ. cujus ipsius generis vitium occurrit Prom. in Verbb. c. 5. et saepius. At nulla opus est emendatione. Τε refertur ad καὶ in praecedentibus: ὁ δὲ καὶ ῥύσας etc. et vertendum *porro, tum*. Cf. Necyom. 5. Her-

mot. c. 52. not. Diall. Mortt. XIX, 1. de cujus postremi loci probitate dubitari tamen posse fateor. *Ἐγκολάπτειν* autem *τῷ τροπαίῳ* non magis, credo, offendere potest, quam *ἐμπρεῖν ἐν τῷ μέσῳ* Conviv. c. 35. *ἐπιβαίνειν ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν* Dial. Mortt. XXVII, 5. ejusque generis multa, quae scriptor noster amavit. Mox lenem, monente *Seagero* in Class. Journ. Vol. XIII. p. 74., admisi interpunctionis mutationem, ἄλλως non, ut vulgo factum, ad sequentia, sed ad praecedentia referens: *καὶ θαυματοποιΐα ἄλλως*, i. e. *merae praestigiae*, quemadmodum, quem locum recte contulit *Seagerus*, Prom. in Verbb. c. 2. *τέρψις ἄλλως καὶ παιδιὰ τὸ πρᾶγμα*. Conferri ideo V. D. jubet *Demosth. περὶ παραπρεσβ.* p. 348. ed. Reisk. et in Lacrit. p. 931. et adiri etiam *Toupii* observationem ad *Longin.* §. 7. Ceterum jam occupaverat hanc emendationem *Schmiederus*. LEHM.

IN HARMONIDEN.

Pag. 142. l. 1. *ΑΡΜΟΝΙΔΗΣ*) Non est *προσλαλιά*, sed *Σύστασις*, sive commendatio. MARCIL. Cf. Argum. textui praemissum. LEHM.

Ead. l. 2. *Ἁρμονίδης*) Philippo Maced. regnante vixit *Marm. Oxon.* 173. ep. 77. V. *Plut.* 957. i. SOLAN.

Ibid. Τιμόθεον) Hic nobilissimus sub Alexandro magno floruit, de cujus Musica, qua Alexandrum ad bellum accendere solebat, meminit *Dio* in lib. de Regno. COGN. *Timotheus* lyricus clarus est apud veteres, qui, quod plures lyrae chordas addidisset, Lacedaemone exulare jussus est, *Plut.* 209. Historiam ex *Boëthio* et decretum ipsum emendatius exhibet *Casaub.* ad *Athen.* p. 613. Sed *Milesius* ille, uti ex decreto constat; noster autem *Boeotus*, ut mox patebit. Quod rite observatum lucem loco mox sequenti a viris doctis sollicitato foenerabit. De nostro vid. Adv. Indoct. cap. 5. De Milesio *Leop.* 160. Hic est, qui Phrygium canens Alexandrum in convivio ad arma subito excitatum mox remisso cantu a furore ad quietem revocavit. Historiam narrat *Basilius* de leg. Gr. lib. (Grot. ed. 99.) SOLAN. De Milesio Timotheo cf. etiam *Pausan.* III, 12. circa fin. (qui secus ac *Plutarchus* Timotheum Lacedaemone suspensum fuisse tradit,) et *Athenaeum* XIV, 4. et ad hujus Lib. VIII. cap. 4. doctissimam *Casauboni* animadversionem. LEHM.

Pag. 143. l. 3. *Τῆς Φρυγίου*) Modorum, seu nomorum, ratio circumscribitur. Phrygio tribuit *τὸ ἔνθεον*, (Lydio) bacchanalem licentiam, Dorico severitatem, Ionico jucunditatem, *Apul.* lib. 1. Florid. *Plut.* et *Boëth.* in Musica. Cogn. Sunt Harmonidae quatuor solum musicae modi principales, Phrygius, Lydius, Dorius et Ionicus: cum tamen, qui de musica scripserunt, quinque constituant, addentes his quatuor *Aeolium*, ut *Plato* 3. de Rep. *Athen.* lib. 14. *Cassiodor.* Epist. 40. lib. 2. et libr. de Music. Nisi sub Dorio Aeolium involvat: haec enim duo saepe confunduntur, ut in *Pindaro*, qui cum Dorice scriberet, vocavit musam suam *Αἰολίδα κολπήν*. Assignat autem *τῷ Φρυγίῳ τὸ ἔνθεον*· ubi male interpres *Obsop. attonitum*: voluit enim Harmonides *religiosum*, ut patet locis citat. et apud *Apulejum* libr. 1. Florid. Sed de tonorum istorum qualitate omnes isti fere inter se dissentiunt: tribuit Ionio *τὸ γλαφυρόν*. Interpres *suavitatem*: vertendum erat *varium*, ut apud *Apulejum* loc. cit. Sic saepe apud *Homer. γλαφυρὸν*, pro eo, quod multos recessus multasque latebras habet. Bouad. Qui pleniorem de modis musicis ideam desiderat, adeat *Claud. Ptolemaei* Harmonicorum libros, quorum bellam nobis editionem reliquit *Jo. Wallis* Oxon. e theatro Scheldoniano an. 1682. Ibique in Appendice veterum Harmonicam ad hodiernam comparatam. Reitz. *Varium*, quod *Bourdelotius* maluit, quam *suavitatem*, non respondet proxime voci *γλαφυρόν*, etsi illud ab ipsa re non admodum abhorret. Rectius *Obsopoeus* et *Gesnerus* proprium usum tenuerunt. Vid. Diall. Deor. XX, 11. *γλαφυρὸν μειδιᾷν*, et Demosth. Encom. c. 6. *αἱ τῶν παραβολῶν γλαφυρότητες*. Lehm.

Ead. l. 13. *Νικήσας — ὁμώνυμόν σοι*) Harmonides, cujus nomine hunc libellum insignivit Lucianus, petit a Timotheo magistro suo, qui se tibias inflare docuerat, ut se quoque, quemadmodum gloriam sibi comparet, doceat, quo et ipse digito monstretur praetereuntium: *ὥςπερ*, inquit, *ὅτε καὶ σὺ, ὦ Τιμόθεε, τοπρῶτον ἐλθὼν οἴκοθεν ἐκ Βοιωτίας, ὑπηύλησας τῇ Πανδιονίδι, καὶ νικήσας ἐν τῷ Αἴαντι τῷ ἐμμανεῖ, τοῦ ὁμώνυμόν σοι ποιήσαντος τὸ μέλος, οὐδεὶς ἦν, ὃς ἠγνόει τοὔνομα, Τιμόθεον ἐκ Θηβῶν*. Si haec attente inspiciantur, patet, nisi fallor, scribendum *ἐνίκησας*. *Sicut cum etiam tu, Timothee, primum ex patria Boeotia egressus, tibiis cecinisti Pandionide, et superior fuisti in Ajace furente* etc. Caeterum in verbis sequentibus, quod *Marcilius* pro *ὁμώνυμόν σοι* legit *ὁμωνύμου σου*, certissima quidem videtur emendatio; (id namque voluit auctor, *superior fuisti eo, qui tibi cognominis*

cecinerat) sed quod σοι in σον mutat, ejus vero causam perspicio nullam. Utroque modo Graeci, ὁμώνυμός τινι et τινος. Jens. Postea in marg. Lectt. Lucian. *Jensius* haec addidit. Ut Graece dicitur ὁμώνυμός σου, et σοὶ, ita et Latini extulere *cognominis tui et tibi*. *Serv.* ad VI. Aeneid. v. 383. facit autem hic et haec cognominis; nam in *Plauto* lectum est cum una de Bacchidibus diceret, *illa mei cognominis fuit*. Hinc apud *Plin.* III. c. 2. legendum conjectabam, *apposita a cognomini sui fluvio*: ubi *Harduinus* mallet, *cognomini sibi*, vel *nominis sui*. Vulgo circumfertur, *cognominis sui*. Nisi *Plinius cognominis sui* dixerit, hoc est, nominis sui, quo pacto *Tacit.* XII. Ann. 55. *cognomentum*, hoc est, nomen. Et *Justin.* IV. c. 2. et VII, 1. et XV, 2. cognominare ἀντὶ τοῦ nominare. Ortwin. Ἐνίκησας *Jensius* emendat, quem vel invitis Codicibus, et ipso M. hic recte monentem sequimur. Solan.

Ibid. Τοῦ ὁμώνυμόν σου) Leg. τοῦ ὁμωνύμου σου. Marcil. Hoc erat, quod supra monebam, duos fuisse *Timotheos* Musicos. Thebanus ergo hic junior Milesii melos canebat. Aliter tamen hic, quam edidi, in Edd. legitur, nempe ὁμώνυμόν σοι· sed emendatione hac nihil certius, quam partim etiam a *Marcilio* visam esse, nota ejus indicat. Solan. Verissimam puto *Marcilii* conjecturam correctam a *Jensio* τοῦ ὁμωνύμου σοι, eamque interpretatione expressi. Distinguit homonymos duos Timotheos, tibicinem hunc Thebanum, et Milesium alterum, poëtam, et eundem quoque Musicum. Addendus hic locus thesauris *Fabricianis* Bibl. Gr. 2, 19. p. 694. Caeterum *Pandionidem* fabulam intelligo*) de Pandionis filiabus; in qua Philomela et Progne mirabilem tibicini occasionem praebent. *Ajax furiosus* nobile argumentum Tragicorum etc. Gesn. In re tam manifesta uni *Pell.* obsecundasse satis habui; nam etsi vulgatum ὁμώνυμον ad μέλος relatum, aliquem sensum faciat; non tamen eum exhibet, quem auctor voluit. Reitz.

Ead. l. 16. Ἐπὶ τὴν γλαῦκα) Noctua noctu videt, canit et volat sola, odiosa caeteris avibus, in quas astuta utitur dimicatione: nam avicularum multitudine circumdata resupina pedibus pugnat, collectaque in arcum, rostro et unguibus tota tegitur: ei auxiliatur accipiter, foedere quodam naturae, ut inquit *Plin. Laërtius* scribit, Timonem Phliasium

*) Cl. *Wesseling.* me admonet: vid. an potius Attica tribus sit, et conf. *Demosth.* in Midiana. Sed quia hic agitur de cantu theatrali, et illico additur Ajax furens, cum *Gesnero* facerem. Reitz.

hoc nomine maxime reprehendisse Arcesilaum, quod is populares plausus non aliter consectaretur, atque noctua frequenti avium conventu claudi consuevit.

Haec ait, et turbam dextra laevaque frequentem
Ingreditur, volucres ululas mirantur ineptae,
Illa stupet solidum; sed tu vanissime, plebis
Captator, quid ob haec tam non praeclara superbis?

Hic Apologum *Ang. Politian.* in sua Lamia exponit. Cogn. *Aves circa noctuam.* Caetera enim sunt interpretis, non Luciani. De hoc prov. *Aristot. Laërt. Dio Chrysostomus*, alii. Bourd. Vid. *Aelian.* de Anim. I, 29. Solan. Conf. *Dion. Chrysost.* laudatum a *Belino*, Orat. XII. p. 370. ed. Reisk. Bip.

Ibid. Τὰ ὄρνεα) Saltus, quem typotheta in *Junt.* fecit, videtur natus a similitudine terminationis in *κα*. Hinc reliqua a *γλαῦκα* usque ad *πεπόνηκα* omisit. Reitz.

Ibid. Ταῦτ' ἐστι δ' ἅπερ ἠυξάμην) Lege *δι' ἅπερ ἠυξ.* Barcil. At illud *δι'* ego jam in Edd. antiqq. reperi. Reitz.

Pag. 144. l. 3. *Μαρσύας*) Vid. infra advers. indoct. c. 5. Reitz.

Ibid. "*Ολυμπος*) Hunc iterum nominat adv. Indoct. c. 5. Solan.

Ead. l. 4. *Οὐδὲν γὰρ*) *Τῆς λανθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς ὄγος.* Vid. interpr. *Persii* ad Sat. 1. Bourd.

Ibid. Φασὶ) Meminit hujus proverbii *Gellius* XIII, 30. Horst. Adde et *Eurip.* Med. 542. Item *Suetonium.* Solan.

Ibid. Ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς) Hujus adagii sensus est, nisi egregias dotes ingenii, si non proferas, perinde esse, quasi non habeas. *Suet.* in Ner. *Gell.* cap. ult. L. 13. Brid. (immo III. Art. am. 399.)

Tu licet et Thamyram superes atque Orphea cantu,
Non erit ignotae gratia magna lyrae. Cogn.

Pag. 145. l. 4. *Καὶ*) W. solus habet illud *καὶ* ante *ἐπ' ἀμφότερα.* Solan. Codicis auctoritatem non despiciendam puxi. Alioquin etiam abesse poterat copula; quod haud rara in his quoque scriptis factum deprehendi; ut mox cap. 3. *ἐπὶ.* Lehm.

Ibid. Ἐπ' ἀμφότερα πιστοὶ) *Benedictus, spectatae utrinque fidei.* Quid intellexerit, ipse viderit: certe nequaquam ad mentem. *Obsopoeus, quorum fides in utraque fortuna spectata est.* Absurdissime: nec enim huc adversa vel secunda quidquam faciunt. Immo *ad utrumque*, vel *in utroque*, nempe et reprehendendo et approbando. Gron.

Ead. l. 5. *Ἐπαινέσονται*) Ubi legimus, *εἰ τούτοις φημὶ ἀδείξαιο τὰ αὐλήματα, καὶ οὗτοι ἐπαινέσονταί σε, ἅπασιν Ἕλ-*

λησι νόμιζε ἤδη γεγενῆσθαι γνώριμος, non dubito, quin hae quoque oratio vitio unius literae decorem suum amiserit, legendumque sit ἐπαινέσωνται. Timotheus nempe Harmonidae tibicini viam monstraturus, qua per compendium posset fieri clarus inter omnes Graecos, jubet eum seligere ex omnibus Graecis optimos, eosque paucos et principes, quibus artem suam probet. *His*, ait, *si artem tibiis canendi ostenderis, tum te laudarint, jam te omnibus Graecis cognitum esse factum erit.* ma Jens. *Wopkens* in Lectt. Tull. p. 306. refutat *Jensium*, at non satis similibus exemplis, saltem non ubi καὶ adsit. Quare adhuc *Jensio* assentior, quia καὶ hic non conjungit, sed disjungit. Reitz. Est h. l. μετάβασις Modorum haud inepta, ab Optativo procedens ad Futurum simplex, quod ab illo nonnisi eo differt, quod definitius ponit, quae Optativus pro incerta conditione enuntiat. Alia ejusdem μεταβάσεως exempla videbis allata in Adnot. ad Hermot. c. 30. Mox sequitur aliud c. 3. ἐσκοπούμην ὅστις ἄριστος εἴη τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πιστεύουσιν οἱ ἄλλοι, καὶ ὃς ἀντὶ πάντων ἂν κέσειεν ἄν. Ab Indicativo ad Conjunctivum procedit Hermot. c. 56. in verbis: ὅρα μὴ οὐχὶ μορίου ἐστὶν ἡμέρας, ἀλλὰ πολλῶν ἡμερῶν δέηται. ubi vid. Varr. Lectt. Lehm.

Ead. l. 9. *Τί σοι δεῖ τῶν πολλῶν*) Ut mima illa: satis est, equitem mihi plaudere. Bourd.

Ead. l. 14. *Ἴσασι*) Aliquid excidisse mihi videbatur, antequam ex L. hanc scripturam, pro εἰσὶ, quod in aliis est, vidissem. Solan.

Pag. 146. l. 12. *Οὕτω — ἔμελλες*) *Οὕτω δὲ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτι περ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων φασὶ, καὶ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων.* In hoc loco vertendo aliud egerunt interpretes. Salmuriensis: *Tu igitur nobis revera talis videri debebas, quoniam virtutis omnis caput es, ut ajunt, gnomon et recta regula.* Alii pejus. Laborat locus prava distinctione, quae sic est emendanda: *οὕτω δὲ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτι περ τὸ κεφάλαιον, ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων, φασὶ, καὶ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. Tu igitur revera talis nobis esse existimaris*, nimirum princeps civitatis, *quodque sane praecipuum est, omnis virtutis norma, ut ajunt, et talium regula. Κεφάλαιον* inepte copulari cum ἀρετῆς, et omissa copula, et inepta sententia ostendit. *Μέλλω* eleganter hic est δοκιμάζομαι, existimor, ita me comparo, ut pro tali habear et existimer; ut apud *Homerum*, quem *Lucianus* ubique sequitur:

> *Καὶ γὰρ ἐγὼ ποτ' ἔμελλον ἐν ἀνδράσιν ὄλβιος εἶναι.*
> *Ego quoque olim judicabar inter homines beatus esse.*

ɔi Scholiastes: ἔμελλον, ἐῴκειν, ἐνομιζόμην. Grav. *Lu-ɪnus* ad amicum quendam suum, virum principem, Ἐσκο-ύμην, inquit, ὅστις ἄριστος εἴη τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πι-εύουσιν οἱ ἄλλοι, καὶ ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν. Οὕτω δὲ ɪα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτιπερ τὸ κεφά-ɪιον, τῆς ἀρετῆς ἁπάσης γνώμων φασί, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν ɪούτων. Apparet rescribendum οὗτος pro οὕτω. Lucianus ilicet ipse quoque notus fieri cupiens omnibus, Timothei ɔnsilium secutus, *Cogitabam*, inquit, *quis civium esset opti-us, et cujus consilium sequerentur reliqui, quique mihi futurus set instar omnium. Is vero tu jure merito mihi videri debebas; ɪodque sane praecipuum est, omnis virtutis norma, ut ajunt, ae cta talium regula.* In ultimis secutus sum interpretationem *raevii*, quam vir ille cl. vulgata multo meliorem dat p. 978. equitur, εἰ δέ σοι δείξαιμι τἀμὰ, καὶ σὺ ἐπαινέσειας αὐτὰ, εἴη ɔρ οὕτω φανήσεσθαι, καὶ δὴ ἐπὶ πέρας ἥκειν με τῆς ἐλπίδος ἐν ɪᾷ ψήφῳ τὰς ἁπάσας λαβόντα. Sic connectenda haec arbitror, ublato post φανήσεσθαι puncto, quod in vulgato conspicitur. erto: *Si autem tibi ostendissem mea, tuque ea laudasses, foret t ita viderer jam spei meae terminum tetigisse, in unius suffra-io suffragia omnium complexus.* Jens. Οὗτος L. uti emenda-i jusserat *Jensius*. Solan. Complura hic *Belinus* in versione ɔatina vituperat, prae imperitia scilicet, cui partim, si le-isset *Jensii* et *Graevii* notas, succurri potuisset. Ὅτιπερ τὸ ɛφάλαιον primum ne sic quidem vertit *Gesnerus*, ut *Belinus* radit: *ce qui vaut encore mieux*. Latina verba: *quod quidem aput est*, plane aliud quid valent, quod censor non intelle-isse videtur; quod autem illud ipsum est, quod haec vox, ɪaepissime apud nostrum scriptorem occurrens, significat. Nam quod *Belinus* substituit: *en abregé*, vel *pour le dire en un mot*, id ex mero arbitrio hic sumtum non est, quod lin-guae peritis demonstretur. Deinde quod *virtutis omnis* repro-bat, ipse reddens: *de tous les talens*, nescivit, id ipsum si-gnificare Romanis vocem *virtutis*, quippe quae omnia in se honesta et laudabilia comprehendat, in arte ergo, quae quis praestat magna et eximia, sive ingenio, sive industria sua et adsiduitate: die Verdienste oder Vorzüge, pro loci cujus-que natura. Tum etiam γνώμων dicit melius reddi *index*, quum imago sit ab horologio repetita, *norma* autem huc non conveniat. At *norma* est id, e quo res judicatur. Quodsi igitur princeps noster civitatis dicitur *norma virtutis*, nihil id aliud vult, quam vulgus de artificis virtutibus ita solere judicare, uti illum videt, auditve. In eo autem, quod supra

interpretis Latini *tabernaculum* pro Graeco σκηνῇ reprehendit facilius *Belino* obsecutus sum. Lehm.

Ibid. Ἔμελλες) Verbi μέλλειν vis apud *Nostrum* interdum haec est, ut verisimilitudinem quandam eo fere modo indicet, ut Latinorum *debet, oportet*, et similia. Luculentum praesertim exemplum est in Scytha pag. m. 593. οὐ χαλεπὸν ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι. Et p. 597. extr. καὶ ἔμελλον οὕτω διατεθήσεσθαι. Gesn. Huc quadrant, quae *Jens.* in Lect. Lucian. p. 20. contra *Th. Magistr.* adfert, dicens: Ἥμελλον ait *Th. Mag.* Ἀττικοὶ, οὐκ Ἔμελλον. Atqui passim *Lucianus* scriptor Ἀττικώτατος, Ἔμελλον, ἔμελλες, ἔμελλε. In Harmonide (h. l.) σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι etc. In Scytha, Πολλὴ ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ ἔσεσθαι. Ibid. ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι Ἀνάχαρσιν. In Hermotimo, Ὃ δὴ καὶ δηλοῦν ἔμελλεν ἡμῖν τὸ ἔφεδρον. Iterum in Scytha, καὶ ἔμελλον οὕτω διατεθήσεσθαι τὴν γνώμην. Et in ipso *Thucydidis* loco, quem post in voc. ΠΕΡΑΙΟΤΜΑΙ adducit ipse *Thomas*, ὡς ἔμελλον τὸν Ἑλλήσποντον περαιώσειν. Haec *Jensius*. Cum *Th. Magistro* tamen etiam facit *Moeris Atticista*. Et verum quidem est, Attice plurimum dicere ἤμελλον. Sed et ἔμελλον *Thucyd.* iterum VI. c. 20. Igitur prudentius *Phavorin.* ἠβουλόμην ait, esse ὡς Ἀττικώτερον, et sic *Suid.* Vid. *Maittaire* de Dialectt. pag. 5[illegible] nec amat *Noster* ὑπεραττικίζειν. Vid. ejus Lexiphan. et Rh. Praec. Reitz.

Ead. l. 16. Φανήσεσθαι) Punctum post hoc verb. quod erat in *Salm. Jensius* deletum voluit: sed in *Par.* haec paren thesi includebantur; quare ea sic reliquimus. Reitz. J. Sc[illegible] gerus Class. Journ. Vol. XIII. p. 74. malue φαντάζεσθαι, [illegible] vertit: *liceat enim sic imaginari.* Imo vero φανήσεσθαι legendum, ut vulgo legitur, et reddendum, ut redditum est: *atque utinam ita tibi videatur!* vel potius *appearam.* Parum differt illud in fine Zeuxidis: εἴη μόνον ἄξια τοῦ θεάτρου δεῖξαι. neque hoc Pro Laps. c. 17. καὶ ἔμοί γε εἴη μηδὲν τοιοῦτο σφάλλεσθαι etc. et alia ejusdem modi multa. Lehm.

Pag. 147. l. 2. Ὥστε λόγῳ μὲν ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναβάλλεσθε μὲν τὸν κύβον τὸ δ' ἀληθὲς) *Itaque juxta proverbium in uno viro aleam jaciemus, ac revera perinde fuerit.* At λόγῳ non significat *juxta proverbium*, sed verbo, et opponitur ei τὸ ἀληθὲς *re ipsa.* Verte igitur locum: *Itaque verbo quidem super uno viro aleam jaciemus; sed re ipsa* etc. Sic in Revivisc. c. 6. [illegible] λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας· τὸ δὲ ἀληθὲς ὑμᾶς. Ubi rursus male interpres: *meque oratione ob hoc florilegium commendant, imo vero vos ipsos.* Debuit: *verbo quidem me commendant ob florilegium; re vera vos.* In Timone c. 8. dixit pro e

Lucian. Οὕτωσὶ μὲν εἰπεῖν et ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ. L. Bos. Hunc Luciani locum laudat etiam *Duker.* ad *Thucyd.* VIII. c. 92. et x aliis *Thucydid.* locis quoque docet, τὸ ἀληθὲς et τὴν ἀλήθειαν saepe opponi simulationi, προφάσει — et λόγῳ, ut VI, 3. et II, 41. Addo *Isocrat.* Nicocl. p. 76. Τοῦ βασιλέως τῷ μὲν λόγῳ διηλλαγμένου, τῇ δ' ἀληθείᾳ τραχέως ἔχοντος. Plura id. ap. *Jac. Elsner.* ad Ep. ad Coloss. c. 2, 23. Reitz. Sententia mirum in modum exaggerata leguntur in Cod. 2954. ὥσπερ ἂν εἰ τοὺς ἁπανταχόθεν ἀνθρώπους συγκαλέσας ἐς κοινὸν ἰατρὸν ἐπιδεικνούοιμεν τοὺς λόγους. Quae etsi vix credas cuiquam placere potuisse: (adeo frigida est, ac paene inepta, sententia; adeo inaequalis et inconveniens oratio, συγκαλέσας sequente Verbo plurali; adeo neglectus etiam usus ubi ἐπιδείκνυσθαι solennis) placuerunt tamen *Belino*, qui ligata verba manca et mutilata sic demum optime completa dicaret, et censori Editionis *Schmiederianae* Jenensi. Etsi item plenissima ego haec verba habeo, in verbo tamen ἐπιστύμην, uti fere vulgatur, offendere me fateor. Retineri iidem vult *Struvius* in Gramm. Gr. p. 181. tanquam Optativi formam, cujus rara apud veteres occurrant vestigia: vid. *Matthiae* Gramm. Gr. §. 204. 3. p. 265. et quem citat, *Clarkius* ad *Homer.* Odyss. ς', 237. At rarissima tamen sunt, nec omnia extra omnem dubitationem posita. Longe simplicior ac verior mihi quidem videbatur B. 3. lectio ἐπεδεικνύμην, *si tenderem*, ut etiam *Gesnerus* vertit: male *Obsopoeus: si ostendissem.* Quare facile eam admisi. Vulgatam ex errore scribendi aliquando ortam fuisse credo. Lehm.

Ead. l. 3. Ἀναῤῥίψομεν τὸν κύβον) Vid. Paroemiogr. Sic 604. (i. e. pro Imagg. c. 16.) Bourd.

Ead. l. 11. Τὴν λευκὴν) De his calculis res nota. Bourd. omnino Pisc. c. 21. extr. ibique observata. Lehm.

Ead. l. 14. Αὐτὸ θαῤῥεῖν) Non facile puto ex his verbis ἐκεῖνο δὲ νὴ Δία προσέτι καὶ αὐτῷ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ πανυ πασιν ἀλλότριον τἀμὰ εἶναί σοι) concinnum erui posse sensum. Sed videor mihi verissimam adsecutus scripturam, ubi scribitur, κἀκεῖνο δὲ νὴ Δία προσέτι καὶ αὐτὸ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ πάσιν ἀλλότρια τἀμὰ εἶναί σοι. Dixerat *Lucianus*, virum se principem, cui uni se probare gestiebat, quemque sum sibi instar omnium fore dixerat, semper album et sertem secum ferre calculum, atque adeo se magno, qui se ceteroquin in negotio tanti momenti suscepto gravaret, tanto levari. *Sed profecto*, pergit, *illud quoque ipsum me amicum confirmat, quod res meae non sunt a te prorsus alienae.* Jens. b) *Vorstii* et *Jensii* emendationem firmat L. Codicis auc-

toritas, in quo pro vulgatarum αὐτῷ legitur, ut hic, αὐτό Solan. Quae modo praecesserant, ἂν φοβηθέντα, his non satis respondet versio Latina: *qui — perterrear.* Debebat opinor: *qui — timuissem*, quasi dictum esset: ὃς ἐφοβήθη ἄν, εἰ μὴ σὺ etc. Ἄν autem cum Participio junctum et *Lucianus* amat; vid. Timon. c. 51. ἡμεῖς δὲ ἀχάριστοι ἂν εἰμεν ἀμνημονοῦντες. Prom. s. Cauc. c. 15. οὐδ' ἂν συνίεμεν ἡμᾶς εὐδαιμονοῦμεν, οὐχ ὁρῶντες etc. Diall. Deor. VI, 1. οὐ γὰρ ἂν συνῆν ἡμῖν ἀνάξιος τοῦ συμποσίου ὤν. De Merc. Cond. c. 33. ὑπάδοντος (τοῦ κιναίδου) καὶ τερετίζοντος, εἰ δὲ μὴ ἐπεὶ αὐτὸς, (ὁ φιλόσοφος) ἴσως ἂν καὶ ὀρχουμένου ἐπὶ τῆς σκηνῆς. Quod postremum exemplum proxime omnium ad hoc nostrum accedit. Lehm.

Ibid. Ἀλλότριον) *Vorstius* et *Jensius* ἀλλότρια mallent. Equidem nihil muto. Solan. Recte fecit *Solanus*, qui nihil hic mutaverit: nam, etsi mirum nonnullis videbitur, singulare ita adjungi plurali, tamen est Graecismus verus, qui explici potest per ellipsin χρῆμα, vel τὶ, ut significet, *meas res habi esse alienum quid.* Quod eodem modo Belgice efferimus. Exempla ex Graecis auctoribus possem dare haud pauca, sed sufficiant sequentia. *Noster* supra, Zeux. c. 4. οἷόν εἰσιν οἱ ποτ. *Aelian.* V. H. III, 1. m. 167. Λέγεται δὲ τὰ ὕδατα ταῦτα καὶ τοῖς λουσαμένοις ἀγαθὸν εἶναι. *Hippocr.* Sect. I. Aph. 1. Σημεῖον αἱ ἡλικίαι, καὶ οἱ ἀθληταί. *Thucyd.* I, 6. Σημεῖον ἐστὶ ταῦτα τῆς Ἑλλάδος. Nam quia neutrum plurale amat verbum singulare, ideo jam indifferens erit, num propter ἐ addas substantiv. singulare σημεῖον, an propter ταῦτα addas plurale σημεῖα. Ita quoque adjectiva gerundiva singul. num. solent addi pluralibus, eadem analogia: ut *Epict.* §. ed. *Reland.* p. 68. Ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον. *Hipp.* S. I. Aph. 15. Τὰ προσάρματα δοτέον, *danda sunt alimenta*, e. alimenta sunt aliquid, quod dandum est. (Etsi eadem gerundiva alibi quoque plurali num. efferri notum est.) Sic, inquam, ille canon de neutris plur. cum verbo sing. cu tam varias rationes reddunt Grammatici, simplicissime o nium exponitur per ellips. χρῆμα vel τὶ, ut τὰ ζῶα τρέχει p prie sit, *animalia*, sive *pecus est aliquid currens.* Omnia e verba originem vel saltem terminationem suam debere pr ἔω *sum*, recte conjicit *S. Clarke* ad *Homer.* Alius autem gularis et plur. concursus vicissim per intellectum ἐστὶ co liatur. Sed ταῦτα fere perpetuo in plurali effertur, etsi fertur ad singularem, vel collective ad totam orationem p missam, ut apud *Nostrum* de Salt. c. 1. Ἀνὴρ δέ τις — ταῦτα, παιδεία σύντροφος, et *Aristoph.* Plut. 17. Sed m

onvenit hoc *Aristoph.* Plut. 887. *Ταῦτα οὐχ ὕβρις πολλή ἐστι;* libi *τάδε ὕβρις·* vid. Ind. *Kusteri.* Reitz. Utcunque haec ispntata sint, supersedere iis potuisset *Reitzius*, quum genuinam et legitimam lectionem *ἀλλότρια* servaverint B. 3. et odex 2954. Unde et *Schmiederus*, *Belino* monente, eam repere non dubitavit. Lehm.

Pag. 148. l. 5. *Τῆς Ἀθηνᾶς*) Alludit ad historiam Orestis, uem suffragiis in Areopago damnandum suo calculo servait Minerva. Vid. *Eurip.* Iphig. in Taur. 1469. Consule etm, si lubet, Schol. *Aristoph.* 244. D. et Nostrum in Pisc. 21. ubi eandem fabulam tangit. Utitur etiam *Philostr.* p. 58. ed. Lips. proverbio *Minervae calculus.* Solan.

Ead. l. 6. *Ἐπανόρθωμα*) Hoc puto velle Sophistam: cum leas, ut praeses, et *rector* provinciae, quaecunque depraata sunt *corrigere* et restituere; tui muneris partem esse puto, peccata etiam mea emendare. Gesn.

Ead. l. 9. *Ἐπῶν σκιαὶ*) Sic legunt interpretes et Paroeiographi. In Anglic. Cod. rectius *ἐπαίνων σκιαὶ*, ut *σκιᾶς ἀρ* ap. *Pindarum.* Bourd. *Λόγος ἔργου σκιὰ*, proverbium a emocrito profectum, apud *Diogen. Laërt.* Democr. 246. D. *Plut. π. παιδ. ἀγωγ.* 16, 2. *λόγος γὰρ ἔργου σκιὰ κατὰ Δημόκριτον.* P. tamen et L. cum A. *ἐπαίνων. Philemon Casaubono* idatur ad *Theophr.* 282. *ἄλλο μηδὲν πλὴν σκιά.* De amicis adversis. Vid. *Eur.* pag. 295. B. Solan. *Ἐπαίνων σκιαὶ* nt etiam apud *Michaëlem Apostolium* Prov. Cent. 19, 99. ubi : ipse *Luciani* locus videtur respici. Sed recte, ut puto idem, *ἐπῶν* ex *Luciano* restitui jubet *D. W. Trillerus* obvatt. Critt. p. 52. operis elegantissimi, et auctorem suum asse referentis. Gesn. Et mihi *ἐπῶν* retinendum videba, licet etiam Codex 2954. *ἐπαίνων* exhibeat, et *Schmiederus* id praetulerit. Acutior certe est haec locutio, *ἐπῶν σκιαί*, magis, quam altera illa, proverbii naturae accommodata. nificat autem, ut paroemiographi docent, *inania verba, e umbrarum instar nihil habent solidi, nec certi.* *Ὑπηνέμια ρατα* quid sit, patebit ex iis, quae de voce *ὑπηνέμιος* ad llum de Sacriff. c. 6. Tom. III. p. 489. dicta sunt. Lehm.

Ead. l. 10. *Οὗτος ἀκριβὴς — ἢ πάντων*) Non intellexe: interpretes haec verba, *οὗτος ἀκριβὴς ὅρος τῶν ἐμῶν. οὐμφίδοξον ἔτι, οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνδοιάσειεν, ἀλλ' ἢ ἄριστον παιδείαν δεήσει νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν ἢ πάντων.* Salensis sic transtulit: *Hic lucubrationum mearum exactus nus. Non amplius est dubium, nec quisquam ambiget, quin nnium optimum juxta disciplinas existimari oporteat, quod isum fuerit. ἢ πάντων* omisit in versione. Cetera satis

inscite. Verte: *Hic certus meorum scriptorum scopus est. Nihil dubii reliquum, adeo ut nec in posterum quisquam dubitaturus sit, sitne hoc omni eruditione refertissimum, quod tuum fert suffragium, an omnium.* Nimirum tuum suffragium mihi et aliis etiam erit, instar omnium. GRAEV.

Ead. l. 11. Ὅρος) Ὅρος sive *finis*, hic est *definitio*. Judicio viri, cui blanditur, vult constitui ac definiri, quid sentire debeant reliqui. Σοί γε δόξαν absolute posita, ut sexcenties. GESN.

Ead. l. 12. Ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δείσει νομίζεσθαι σοί γε δόξαν ἢ πάντων) *Obsopoeus* apud Basileenses et Bourdelotium, *sed aut optimum juxta disciplinas aestimandum quod tibi apportet* (sic *Bourdelotius:* at in Basileensi *opportet gloriam, aut omnium. Benedictus, quin id omnium optimum juxta disciplinas existimari oporteat, quod tibi visum fuerit.* Ut de apparet, illas voces σοί γε δόξαν verius fuisse intellectas ab *Benedicto*, cum certe *Lucianus* de judicio agat, non de gloria; et editioni *Basileensi* adscripsit pater, *tuo judicio.* Sed cum is ipse *Benedictus* non perciperet, quo postrema illa ἢ πάντων referenda essent, omissis duabus adversativis ἢ inseptissima licentia vocem πάντων superioribus immiscuit, cum tamen simpliciter verti deberet, ac clarissima sit aposiopesis verentis aliquid arrogantius vel invidiosius proferre, quod post vocem πάντων tamen promittebat sermonis cursus. Verte igitur: *quin id vel optimum ad doctrinam existimari oporteat, quod tibi visum fuerit, vel omnium.* GRON.

Ead. l. 13. Ἢ πάντων — εὐφημεῖν δὲ.) Elegans ἀποσιώπησις, quae fugit omnes interpretes, praeter *Gronovium.* Nimirum ubi dixisset, sibi non sufficere, quod vulgus ipsum admiratum fuerit, quodque sermones sui laudentur ab auditoribus: ea omnia esse vana: at nunc, si verus ille rerum existimator judicarit, id, quod verum sit, demonstratum iri; idque ut fiat, se unice petere: οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, persequitur, οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνθυμάσειεν, ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δείσει νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν, ἢ πάντων. εὐφημεῖν δὲ χρὴ τοσοῦτο μέγαν ἀγῶνα χωροῦντα. *Nihil amplius, quod sit ambiguum nec de quo quisquam dubitare possit, sed vel optimum eruditione oportebit censeri, si tibi quidem ita visum fuerit, vel omnium. Ast bene ominari oportet eum, qui ad tantum certamen progreditur.* Manifestum est, voluisse *Lucianum, oportebit judicari vel optimum eruditione, si tibi, unice arbiter, ita visum fuerit, vel omnium pessimum. Neque nunc amplius locus dubio incerto ve relinquendus est, dum alii scilicet aliter judicent, et sic ex universa existimatione omnium nihil certi queat decerni. Sed*

m judicium secuturis omnibus, qualis habendus sim, constabit. ne verbo male sibi ominaretur *Lucianus*, in voce *πάντων* ressit loquendi cursum; cum debuisset sequi *χείριστον*, vel nile. Jens. *Ἡ πάντων . . . εὐφ. δὲ χ.*) Sic cum punctis i curavimus, quibus *ἀποσιώπησις* designaretur; quo facto uida jam omnia. Sensus autem adeo perspicuus est, ut rer, qua ratione factum sit, ut viros doctissimos fugerit, aesertim cum posterior interpres recte aposiopesin observa-. Nota autem veterum superstitio in rebus agendis inchodis, cujus exempla passim apud auctores occurrunt; de a *Casaubon.* ad *Theophr.* Char. p. 322. Hanc nunc silentio ic praetexit. Solan.

Pag. 149. l. 2. *Πᾶν γὰρ ἤδη στάδιον ἧττον φοβερὸν τῷ λύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι*) Hoc loco *τὸ μεγάλα* non *παρέλ-*, sed eo, quod in pluribus locis Graeciae certamina sacra lebrabantur sub Olympiorum nomine, ideo dixit Olympia agna, ad differentiam eorum, quae minus celebria erant. telligit igitur Olympia magna, quae Pisae ad Alpheum cerabantur, quae et antiquissima a Pelope et Hercule erant, celeberrima non solum in tota Hellade, sed etiam Italia, cilia, Asia, Aegypto, Syria, Cyrenaica, concurrentibus spectaculum, et athletas et quadrigas eo mittentibus. Mira vero Olympia erant, quae celebrabantur Dio Macedoae ab Archelao rege instituta, quod nos docet *Demosthenis* holiastes ad orationem *περὶ παραπρεσβείας*, his verbis: *Τὰ λύμπια δὲ πρῶτος Ἀρχέλαος ἐν Δίῳ τῆς Μακεδονίας κατέδειξεν, στο δὲ ἐπ' ἐννέα, ὥς φησιν, ἡμέρας ἐξαρίθμους ταῖς Μούσαις.* odem nomine erant etiam Athenis, ut docet *Pindari* Schol. l Olymp. 7. ad haec verba, *πρανααῖς ἐν Ἀθάναις.* Sic enim mmentatur: *εἴη δὲ ἂν ἴτοι Παναθηναῖα ἢ τὰ Ἡράκλεια, ἢ τὰ λύμπια* etc. Vetus inscriptio Romana, de qua *Jos. Scaliger* b. de emend. temp. quinto, p. 476. Olympia etiam post Panhenaea recenset *Hesychius*, *Ὀλύμπια ὁ Ἀθήνησιν ἀγών.* em alia Olympia, quae Smyrnae, et alia, quae Pergami, alia Alexandriae, quorum mentionem fieri in Pandectis asrit idem *Scaliger.* Respectu igitur horum omnium certainum, quae sub nomine Olympiorum diversis locis celebrantur, dicta sunt Olympia magna ea, quae Pisae committebantur. Palm. Cf. supra Herodot. c. 1. Solan.

IN SCYTHAM SEU HOSPITEM.

Pag. 150. l. 1. ΣΚΥΘΗΣ) *Προσλαλιά.* Habita vero i Macedonia, et quidem, ut conjecturam feceris, Thessaloni cae. Patescet legenti p. 540. et seq. MARCIL. Quam *Mar cilius* paginam indicat, ea est Parisinae editionis, i. e. Astr log. a c. 4. ad 10. Sed vereor, ut numerus recte sit expr sus. REITZ. Nec mihi liquet, quem *Marcilius* significaver locum, unde pateret Thessalonicae hanc recitationem es habitam. Certe *Macedoniae* caput intelligendum esse, doc caput 9. sub pr. *Προσλαλιὰν* autem esse hunc libellum nega *Wielandius* argumentis quidem admodum subtilibus, nec fi cile refellendis. Videtur enim potius libellus esse comme dandi sui caussa a *Luciano* missus ad patronos duo optim maximos Thessalonicenses, cap. 11. laudatos. Cui quide scriptionum generi etiam Harmonides, proxime praecede libellus, accensendus est. Vid. *Wieland.* in nota ad hu dial. ab ipso versum Tom. IV. p. 305. collata cum alia, e que ampliori p. 321. in qua tamen extrema pro *Zeuxis* nesc an scribere *Wielandius* voluerit *Harmonides.* LEHM.

Ead. l. 2. *Πρῶτος Ἀνάχαρσις*) Vid. hujus vitam et Ep taphium apud *Laërtium.* COGN. *Πρῶτος*) Sic recte, et p tet hac narratione. Mendose in aliis *πρῶτον.* BOURD. *Πρ τος* emendatum in *B.* 2. Par. *S.* et Amst. In antiquiorib prave legebatur *πρῶτον.* SOLAN.

Ibid. Ἀνάχαρσις) Meminit hujus *Galenus* in *προτρ.* Artes. VORST. Quae de Anacharside hic habet, narrant etiam apud *Plut.* p. 26. F. et *Diog. Laërt.* Sed aliter. It ap. *Herod.* IV, 46. p. 155. SOLAN.

Ead. l. 5. *Οὐ τοῦ βασ. γένους*) Hoc a *Luciano* observ tum, quia, quem nominavit, *Anacharsis* e regia stirpe e oriundus. Vid. *Herod.* p. 155. f. SOLAN.

Ibid. Ὢν) Turparunt editores novitii sinceram veter editionum lectionem, dum dederunt, *οὐ τοῦ βασιλικοῦ γέ ὄν*, nempe *ὄν* pro *ὤν.* JENS.

Ead. l. 6. *Πιλοφορικῶν*) Quis hoc memoraverit, me tet. SOLAN.

Ibid. Σκυθῶν τῶν πολλῶν) Sic infr. Toxar. c. 45. *Πένητα — καὶ Σκυθῶν τῶν πολλῶν.* SOLAN.

Pag. 151. l. 1. *Ὀκτάποδες*) Scythico proverbio dicebatur, quibus rusticanae tantum opes erant, quique duos

lerent boves, et currum unum: inter opes enim rusticanas aecipue recenset *Hesiod.* bovem aratorem. Cogn.

Ead. l. 4. *Μετ' οὐ πολὺ*) Immo post CXXX minimum nos: tot enim inter Solonem et pestem, de qua mox, interserunt. Solan.

Ibid. Καὶ ἐντέμνουσιν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ) *Ξένος ἰατρός.* uyet. (Ita in nott. ejus Mss. invenio. An igitur voluit νος nomen viri facere? Sed quia honoris titulus, et quasi uminis est, ideo majori litera distinxit: quod quia *Solanus* ioque voluit, facile admisimus. Reitz.) Male interpres: *ipsi, quamquam peregrino Medico, Athenienses hostias immolant.* *Ἐντέμνουσιν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ*, hoc est, *ipsi hostias immolant, sub nomine peregrini Medici.* Menag. Monuerat in arg. ed. *Graev.* clar. *Hemsterh.* adeundum *Duker.* ad *Thucyd.* . p. 325. n. 84. ubi is haec *Luciani* verba adfert. Verba aum *Thucyd.* c. 12. his consona, haec sunt: *ὡς ἥρωϊ δὲ ἐντέvουσι. Spanh.* dissert. IX. de praest. et us. Num. pag. 565. udatur ibid. Reitz. Loquitur, ut de Brasida *Thucyd.* V, 1. *Οἱ Ἀμφιπολῖται περιέρξαντες αὐτοῦ τὸ μνημεῖον, ὡς ἥρωΐ τε πέμνουσι, καὶ τιμὰς δεδώκασιν, ἀγῶνας καὶ ἑτησίους θυσίας.* Ieroas Graecorum cum *Divis s. consecratis* Romanorum conrendos esse, etiam *Spanhemius* docuit de usu et praest. um. diss. 9. p. 329. *Ἐντέμνουσι* verbum interpretatur Schoastes *ἐναγίζουσιν, ἐναγίσματα προσφέρουσι, θύουσιν. Ἐναγίν* etiam de sacrificiis, quae Heroibus, non immortalibus)iis, offeruntur, *Herodotus* II, 44. Gesn.

Ead. l. 5. *Ξένῳ Ἰατρῷ*) AG. IV, 883. Solan.

Ead. l. 9. *Σκύθαις — ἀπαθανατίζειν*) Conf. infra Conc.)eor. c. 9. *Τοιγαροῦν οἱ Σκύθαι καὶ οἱ Γέται — αὐτοὶ ἀπαθανατίζουσι, καὶ θεοὺς χειροτονοῦσιν.* Solan.

Ibid. Καὶ πέμπειν περὶ τὸν Ζάμολξιν) Morem hunc mitendi ad Zamolxin scribit *Herod.* in 4. *Strab.* in 7. *Suid.* in ictione *Ζάμολξις.* Cogn. *Καὶ πέμπειν ὡς τοὺς περὶ τὸν Ζάμολξιν.* Marcil. *Πέμπειν περὶ τὸν Ζάμολξιν.* Dico alibi.)ound. *Παρὰ* M. L. et Edd. Fl. *S.* et Amst. recte; et sic Herodotus ipse, qui hunc morem describit in IV. p. 159, 2. n reliquis Edd. pessime legitur *περί.* De Zamolxide vid. Menag. ad *Diog. Laërt.* p. 205. Solan. Puto ego totum hoc umtum ab *Herodot.* IV, 94. atque ita legendum, *ἀθανατίζειν, καὶ πέμπειν παρὰ τὸν Ζάμολξιν.* Nominaverat *Γέτας τοὺς ἀθανατίζοντας.* Tum paucis interjectis, *ἀθανατίζουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον· οὔτε ἀποθνήσκειν ἑαυτοὺς νομίζουσι, ἰέναι τε τὸν ἀπολυμενον παρὰ τὸν Ζάμολξιν δαίμονα.* Deinde narrat, quam ridicula crudelitate singulis quinquenniis interjectis sorte ali-

quem delectum mittant ad Zamolxin, πέμπουσι vel ἀποπέμπουσι παρὰ τὸν Ζάμολξιν, ἐντελλόμενοι τῶν ἂν ἑκάστοτε δέοιτο. Hoc itaque in versione secutus sum. Deinde verba ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος omnino praecedentibus jungo. Quid enim? discerene debebant homines, Areopagum et Athenas esse in Graecia? an illud, barbarum hominem et Scytham pro Hercule pro auxiliari Graeciae numine, in Graecia agnitum? Gesn. Abit a *Gesneri* sententia *Wessel.* ad *Diod. Sic.* I. p. 105. a. 11. et ἀπαθανατίζειν probat. Reitz. De Zamolxide, Getarum legislatore, praeter *Menagium* supra laudatum egerunt etiam *Wesseling.* ad *Herodoti* l. l. et *D' Anville* in Commentatione sur la nation des Getes et sur le Pontife adoré chès cette nation in Mem. de l' Acad. des Inscr. XXV, 34. sq. Lehm.

Ead. l. 10. Ἀλλὰ — ἔδοξεν) Ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἔξεστι θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος. κατὰ τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν ἔδοξεν. Sic distinguit *Bourdelotiana*, et interpretatio ita sopoci est, *sed Atheniensibus quoque licitum est in Graecia Scythas Deos facere. Quo tempore saeva pestilentia populus Atheniensis infestabatur. Benedictus* ita mutavit distinctionem, τοὺς Σκύθας. ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος κατὰ, verteus tamen, *Scythas in Graecia Deos facere. Quo tempore saeva pestilentia grassabatur Athenis.* Unde apparet, quantum sibi permiserit uterque interpres, cum et de populo Atheniensi nihil dicant *Graeca* et tantundem de *Benedicti* Athenis. Certe quidem in ea urbe luem grassatam nemo ita coecus est, qui non satis ex serie orationis videat. Sed an propterea non etiam potuit grassari extra urbem illam per Graeciam? et cum grassaretur ita per universam non minus Graeciam, quam Athenas, an non potuit singulare monstrari remedium urbi Athenarum, aeque ut aliis privatis urbibus? Nemo contrarium dixerit. Et prorsus tale factum memoratur ab *Harpocratione* in Ἄβαρις. Jam verba illa ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος pertinent omnino ad sequentia, quibus rectissime conveniunt, cum praecedentibus adhaerebant prorsus quod ad syntaxin κακοζήλως, (et quis dicet θεοποιεῖν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος;) quod ad rem ipsam, nugaciter; cum Athenienses nequeant θεοποιεῖν, nisi in territorio suo: neque *Luciano* contrarietas in his quaesita est, sed in Scythis et Atheniensibus. Gron. Horum de verbis ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος judicatorum tenuitatem satis aperiunt pauca *Gesneri* verba. Neque hodie facile fuerit, qui *Benedicti* mutationi distinctionis album adjiciat calculum; praesertim cum in omnibus, quae consului, libris verba ista praecedentibus juncta reperiantur. Recte vertit *Belinus*: *au sein même de la Grèce.* Wa

ten in Griechenland. Oppositio scilicet est in his et in antecedente voce ἐπιχώριον. LEHM.

Ead. l. 11. *Λοιμὸν τὸν μ.*) Tempore belli Peloponnesiaci de qua peste *Thucyd.* videndus. SOLAN.

Ead. l. 13. *Τὸν Σκύθην*) *Τὸν Τόξαριν.* MENAG. Idem in notaverat *Guyetus.* REITZ. Verba *Gesneri* interpretis: *quietem*, quae is voci ἔδοξα ex arbitrio addidit, monente *Melandio*, ut aliena uncis includere placebat. LEHM.

Pag. 152. l. 1. *Ἔπαυσε*) In L. ἢ ἐπόησε. Et sane cum πάω usurpant, participia solent addere, non infinitivos, vocant, modos. Vide sententiam praecedentem. SOLAN. παυσε) Etsi tantum non semper cum participio construi iat hoc verbum, tamen hoc loco participium vix conveens esset. Et cum *παύω* quoque construatur cum genitivo bstantivi, quid prohibet etiam dicere *παύειν τοῦ πονεῖν*, que ac *παύειν τοῦ πόνου.* Nec desunt tamen exempla infitivi, ut *Galen.* ad Hippocr. Prognost. p. 151. v. 29. (monente *Foësio* in Oecon. Hippocr.) ubi scribit *Galenus: τὸ ρανισθῆναί τινα τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων εἰπεῖν, οὐ ταυτὸν σηίνει τῷ παύσασθαι φάναι.* Nec tamen ἐποίησε improbem. EITZ. Negat *Solan. παύω* infinitivo jungi, sed participio tendum. Immo et infin. usitatus. *Long.* Past. 2. p. 43. ed. Vech. *νέμειν ἐπαυσάμην. Menand.* fragm. 184. p. 254. *παύται — δυσφορεῖν.. Diod. Sic.* III. c. 33. med. *παύονται τοῦ ξενίειν. Phalar.* Ep. 35. *πέπαύσομαι τοῦ γράφειν.* IDEM *in ddend.* Vid. *Schaeferus* ad *Apollon.* Rhod. Tom. II. p. 223. t *Astius* ad *Theophrast.* Char. p. 223. sq. cum quo tamen non onsentio, cum *Hottingero παῦσαι* esse in Theophrasteo textu escribendum pro vulg. *παύσασθαι.* Tolerabilis est senaus, uem *Fischerus* explicavit. LEHM.

Ead. l. 4. *Λευκὸς ἵππος*) Dico alibi. BOURD.

Ead. l. 8. *Ἐφαίνετο ἔτι*) In Scytha: *Καὶ εὑρέθη κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθεὶς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα φαίνετο. ἔτι καὶ μάλιστα*, et quae sequuntur. Distingue, *πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι, καὶ μάλιστα, quamquam non integra nunc exstet, t maxime.* GRAEV. *Meurs.* AG. IV, 1010. In W. post ἔτι punctum est. In reliquis cum sequentibus jungitur. SOLAN. Distinctio, quam *Graev.* post ἔτι fieri voluit, jam aderat in Parisina, nisi quod pro commate punctum minus exstabat, quod itaque intactum reliqui. REITZ. Imo comma erat reponendum: nam *καὶ μάλιστα* referendum ad praecedens τε, *tum — tum maxime.* Ceterum Ed. Parisiensis secuta esse videtur Basileensem 3. in qua et ipsa reperitur unice vera interpunctio. LEHM.

Pag. 153. l. 8. *Πυρεταίνοντας*) Infra tamen *πυρέττειν* pr *πυρεταίνειν* quatuor Codd. habent; vid. Quom. histor. c. 1 Hic vero nihil variationis invenio: quare, cum utrumqu rectum sit, nihil quoque hic immuto. REITZ.

Ead. l. 16. *Κοινὰ γὰρ — ἁρμονίᾳ*] Interpr. *Communia enim, quod dixi, omnis orationis vitia sunt in lingua et compositione.* immo reddendum: *vitia enim in lingua et compositione omnium orationum sunt communia.* Num intelligit elocutionem, an usum vocalarum et compositionem? Putaverim posterius. RUD. Suspectus mihi est finis ejusdem (6.) capitis, *κοινὰ γὰρ — ἁρμονίᾳ.* nam perquam frigida est repetitio, et ea quidem fluxum orationis impediens, quae, his omissis, melius et commodius procedit. Videtur autem haec Luciani observatio in margine, memoriae causa, posita, et postea in textum illata fuisse, additis voculis connexionis et excusationis, *γὰρ, ὡς ἔφην.* IDEM in Praefat. pag. VI. Hoc *Rudolphi* judicium, cujus elegantiam laudat Censor *Jenensis*, ita secutus est *Schmiederus*, ut verbis, de quibus agitur, suspicionis notam impresserit. Mihi secus videtur. Duplicem scilicet caussam, cur communia ista omnibus scribendi generibus vitia nunc praemittere constituerit, attulit auctor: primam hanc, quod longum foret singula persequi; alteram, quia alienum id foret ab instituto praesenti. Quod posterius ut explanetur, addit auctor brevissime et quasi parenthetica celeritate verba, quae sequuntur: *κοινὰ γὰρ* (Cur οὐκ ἴδιον; quaeri possit; respondetur, *κοινὰ γὰρ*) *ὡς ἔφην* etc. i. e. *propter ipsum illud, quod modo dixi, quod communia sunt vitia ista in lingua et compositione omnibus orationis generibus; propter id ipsum recensio eorum non propria est ejus, quod nunc ago, argumenti.* Sic patet, verba illa adjecta non esse *frigidam repetitionem*, imo vero gravem ejusdem rei, quam modo tetigerat, revocationem, eoque illam graviorem, quum iisdem etiam verbis fiat. Patet vero etiam, *fluxum orationis* procedentis minime his verbis impediri, quum periodus a

erbis: ἃ μὲν οὖν, usque ad, ἃ δὲ ἐν ἱστορίᾳ pertinens admodum modicae sit longitudinis, et, parvula illa enuntiatione interposita, tantum absit, ut ingrate oratio interrumpatur, ut etiam vigor ejus augeatur; modo tenendum, paullo celeriore motu, quem fere parentheses flagitant, ea verba pronuntiari debere. Cf. similem orationis formam infra c. 9. a verbis πρῶτον μὲν etc. LEHM.

Pag. 172. l. 11. *Τοῖς ἐπαίνοις ἀρχόντων καὶ στρατηγῶν διατρίβουσι*) *Ἐνδιατρίβουσι*, ut infra c. 11. *καὶ ἐνδιατρίβοντες*, et immorantes; et supra, — *καὶ ἃ σκοπητέον, καὶ οἷς ἐνδιατριπτέον*. MARCIL.

Ibid. Διατρίβουσι) *Ἐνδιατρίβουσι*. GUYET. *Ἐνδιατρίβουσι*) *Marc.* emendationem secutus sum: confirmatur auctoritate Ms. W. Sic usurpat c. 11. SOLAN. Non modo c. 11. sic occurrit, ut *Solanus* monet, sed et saepe alibi; at quid opus longius quaesitum ire, ecce paullo ante c. 6. *ἐνδιατριπτέον* iam habuimus. REITZ. Sic etiam h. l. vere exhibet A. 2. quamquam divisim *ἐν διατρίβουσι*. LEHM.

Pag. 173. l. 2. *Λίς διὰ πασῶν*) Dictum est supra ad Prom. Verb. c. 7. SOLAN.

Ead. l. 4. *Ὀπωσοῦν*) Bene monuerat in marg. *Hemsterh.* dendum *Duker.* ad *Thucyd.* p. 477. n. 53. id est, L. VII, 0. Ubi ad verb. *ὁπωσοῦν* in *Thucyd.* occurrens, ait: *Th. lagist.* hoc *Ἑλληνικὸν*, non *Ἀττικὸν*, esse pronuntiat. Est men rursus apud *Thucyd.* VIII, 90. Item in *Isocr.* ad Niclem, non longe a principio, et *Luciano* Quom. hist. h. l. EITZ. Cf. *Platon.* Sympos. XXV, 1. RUD. Et *ὁπωστιοῦν* *cian.* Diall. Merr. IV, 2. LEHM.

Ead. l. 7. *Ἀκαριαῖον*) Angl. *ἄκαιρον*. BOURD. Hic adverat margini *Solanus*, in W. lituram esse, sed aliam mam reposuisse vulgatam; verum ita dubie posuit, ut vix is dignoscam, huccine pertineat, an ad praecedens *ἐνδιατρίβοντες*. Sed *ἀκαριαῖον* probum esse, jam dictum ad Herot. c. 62. REITZ. Ad verba proxime praecedentia, *ἢ δὲ* — *στορία Rudolphus* haec adnotavit: „Geminationis hujus arulorum insolentioris exemplum e *Pausania* attulit *Hoogeen.* ad *Viger.* p. 20. ed. *Zeun.*“ Non agnoscit *Hermannus* hunc *Vigeri* locum p. 704. vulgatam *Pausaniae* (V, 14, 5.) tionem, *τοῖς Ἡρακλέους τοῖς ἀδελφοῖς*, et alterum *τοῖς* cum nine simul *Ἡρακλέους* delendum statuit. Conferas itaque am, eundemque certiorem et huic similiorem, locum ex o nostro scriptore Diall. Marr. III, 1. *ἢ δὲ, ποῦ σοι γῆς ᾗ ῥέει*; ubi vid. Adnot. Tom. II. pag. 417. sq. unde simul

patebit, ἡ δὲ h. l. absolute positum, atque adeo commate a sequentibus sejungendum esse. Lehm.

Ibid. Ἀρτηρίαν) Vid. *Plut. Συμπ. προβλ. Z. ά.* ubi cum haec optime a medico essent explicata, inscite admodum deinceps a Grammatico, Anatomices imperitissimo, eadem subvertuntur. Adde et *A. Gell.* eundem errorem tuentem XVII. 11. Solan.

Ead. l. 11. Ἄκρατος) Antea legebatur ἀκρατής. Prave. Sic, ut edi curavimus, totidem verbis *Plato* de Rep. VIII. Solan. Ἀκρατὴς) Lubens obsequerer *Solano* ἄκρατος legenti: sed cum nihil variationis addiderit, nisi quod *B.* 2. et S. quoque ἀκρατὴς habeant; ego Edd. studiose consului, easque, quas notavi in variantt. omnes vulgatam servare deprehendi; nec invenio Cod. ullum notatum, qui sliter habeat. Cumque *Steph.* etiam ἀκρατὲς στόμα passive, pro quae cohiberi nequit, adferat ex *Aristoph.* non quidem commonstrato loco, (qui est Ran. 862.) vulgatam intactam sinemus, donec certiora invenerimus. Reitz. Equidem addo *Plutarch.* de Educ. XIII, 17. τὸ πολὺ τῆς ἀκρατοῦς καὶ μαινομένης ὑφαρεῖν ὀργῆς. Libertatem autem vel potius licentiam, quae his poëtis tribui videtur, haud facile iis quisquam serio concesserit. Lucianus igitur aut attulit, quod fit, non quod fieri debebat, aut, (quod magis placet) ironice dixit, ut etiam sequentia. Ipse enim in Veris Historiis poëtas non minus, quam historicos, propter ineptas fictiones ridet. Cf. Diall. Mortt. Diog. et Herc. XVI. Rud.

Pag. 174. l. 1. Ἵππων ὑποπτέρων) De poëtica hac celeritatis descriptione plena manu, ut solet, *La Cerda* ad Aen. VI, 808. unde petere licet omnia. Quaedam etiam *Eschenbach.* ad *Orphei* Argon. 137. Gesn. Conf. supr. Somn. c. 8. ex divisione *Solani*, nunc §. 15. Reitz.

Ead. l. 2. Ἐπ' ἀνθερίκων ἄκρων θευσομένους ἀναβιβάσηται) Allusit ad locum *Hesiodi*, qui apud *Eustathium*, ex libris perditis, habetur:

> Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέεν, οὐδὲ κατέκλα.
> Ἀλλ' ἐπὶ πυραμίνων ἀθέρων δρομάεσκε πόδεσσι.
> *Super summum aristarum fructum cucurrit, neque fregit.*
> *Sed super triticearum spicarum cacumina currebat pedibus.*

Ubi notanda vox πυράμινος, ignota Lexicographis. Usus est etiam *Lucianus* hoc loco, in dialogo pro Imaginibus. Statim, ὁπόταν ὁ Ζεὺς, est ex Iliad. Θ. Mox, μέγα τοῦτο μᾶλλόν τε ὑπὲρ μέγα τοῦτο κακὸν, εἰ μὴ εἰδείη τις χωρίζειν τὰ ἱστορίας, καὶ τὰ ποιητικῆς, ἀλλ' ἐπεισάγει τῇ ἱστορίᾳ τὰ τῆς ἐν

ας κομμώματα. Latinus interpres: *Magnum igitur, imo plusquam magnum hoc malum, si quis nesciat ea, quae historiae et artifices sunt propria, separare, sed introducat in historiam alienas ornamenta, fabulam nimirum et laudem, eosque, qui his utuntur, excessus.* Non damno hanc lectionem, neque versionem. Ἑτέρας, sc. ποιητικῆς. Excerpta tamen mea cum Anglicano Codice scribunt τὰ τῆς ἑταίρας κομμώματα, *meretricia ornamenta, fucos meretricios.* Sic vocat in historia poëtarum fabulas, laudes et hyperbolas. Ideoque in sequente periodo dicit, hoc idem esse, ac si athletam robustum quis ἁλουργέσι περιβάλῃ, καὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τῷ ἑταιρικῷ, *induat purpureis vestibus et alio meretricio ornatu.* In verbis praecedentibus dixit, ἂν εἴ τις ἀθλητὴν τῶν καρτερῶν τούτων καὶ κομιδῇ πρινίνων, *quis athletam validum ac vehementer robustum,* sc. fuco exponit. Πρίνινοι sunt ex robore quasi concreti, quos Germani Belgae vocant *boomsterckè mannen.* Graev. *Homer.* Il. Υ, 7. Cui *Virgilium* aemulum adde, qui Aen. VII, 805. de milla haec canit:

— *Cursuque pedum praevertere ventos*
Illa, nec intactae segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu laesisset aristas:
Vel mare per medium fluctu suspensa timenti
Terret iter, celeres nec tingeret aequore plantas.

LAN.

Ead. l. 4. Ὁ Ζεὺς) Vid. *Homer.* Il. Θ, 18. Solan.

Ibid. Ὑπὸ μιᾶς) Angl. ἀπό. Bourd. Ἀπὸ) Sic A. W. et L. In reliquis ὑπό. Solan.

Ead. l. 6. Κἂν Ἀγαμέμνονα) *Homer.* Iliad. 2. *Achill. Tat.* 1. Bourd. *Homer.* Il. B, 478. Solan.

Ead. l. 9. Ζώνην) Videndus hic *Pausanias* in Boeot. curationem miror, quod hanc vocem, de totius corporis natura intelligi vult, contra poëtae mentem, si quid ego hisce perspicio. Solan.

Ead. l. 10. Ἀερόπης) Rursus infra De Salt. c. 43. Solan. *Schol.* ad Iliad. α', 7. Ἀγαμέμνων δὲ κατὰ μὲν Ὅμηρον Ἀτρέως Πέλοπος, μητρὸς δὲ Ἀερόπης· κατὰ δὲ Ἡσίοδον, Πλεισθένους etc. Rud. Δεῖ equidem delendum censeo; reddit enim orationem hiulcam, quum γενέσθαι commode, immo rectius, antecedente οὐδεὶς ὁ κωλύσων pendeat, et intellectu sit facile, cur *Lucianus* ipse suam orationem tum impedire voluerit; neque enim inest aut elegantia aut emphasis. Idem Praef. p. VII. Offenderunt in δεῖ etiam *Jacobsius* et, quem *Reiskius* citat, *Wiederus* citat in Praef. ad Tom. II. p. LX., *Creuzerus,* qui voluntque δὴ scribi, longe certe prudentius et elegantius,

quam quod *Rudolpho* placuit. *Δὴ* in ironia positum nem erit, quin agnoscat. Quamquam equidem h. l. *δὴ* post *'Ατρέως*, quam ante, maluissem collocatum. Quod quum non sit, et quum *δεῖ* nec per se damnetur, nec ulla extern auctoritate suspectum reddatur, retinuisse id satius dux Lehm.

Ead. l. 11. *Ὅ"Αρης*) W. et Ms. R. 2956. Edd. articu lum non agnoscunt. Bip. Agnoscit etiam Gorl. Nihilom nus eum omittere placuit, quod putidam hanc diligentia in articulo saepius repetendo non amavit *Lucianu* ingeniu Cf. c. 5. in. et innumera alia exempla. Lehm.

Pag. 175. l. 1. *Καὶ δι' αὐτό*) Scita est Luciani obse vatio. Usu enim venit, ut ineptas sententias, pessime di tas, metri lenociniis velut consopiti, legamus patienter, libenter audiamus, si vocis et modulationis illecebrae acce serint. Rud.

Ead. l. 4. *'Επειςάγοι*) Ubi vulgo legitur, *Μέγα τοῦτ μᾶλλον δὲ ὑπέρμεγα τοῦτο κακὸν, εἰ μὴ εἰδείη τις χωρίζειν τὰ τ ἱστορίας, καὶ τὰ τῆς ποιητικῆς, ἀλλ' ἐπειςάγει τῇ ἱστορίᾳ τὰ τ ἑτέρας κομμώτατα*, per se planum est, si praecedentia resp ciantur, legendum esse *ἐπειςάγοι*. Magnum, ait *Lucian* immo maximum est vitium, si quis historiam scripturus, n noverit distinguere inter ea, quae historiae, et ea, qu poëtices sunt propria; sed in historiam transferat alius ar ornamenta, sive pigmenta. Simile mendum infra cap. 2 sustulit *Graevius* in verbis *ὥςπερ ἂν εἴ τις τοῦ Διὸς, τοῦ 'Ολυμπίᾳ, τὸ μὲν ὅλον κάλλος τοςοῦτον καὶ τοιοῦτον ὂν, μὴ ἔ ποι, μηδ' ἐπαινοῖ, μηδὲ τοῖς οὐκ εἰδόσιν ἐξηγεῖτο*, legens, quod sane requiritur, *ἐξηγοῖτο*, Jens. *'Επειςάγοι* ex W. Ed. J. est. Reliquae mendose *ἐπειςάγει*; quod recte vi *Jensius* emendandum. Solan. Optativum lubens expres non tam ob duos testes, quam etiam ob sequens *περιβάλλ ἐντρίβοι*. Reitz. Vulgata haud est inepta, quum auctor saepius modos varient. Cf. *D' Orvill.* ad *Charit.* p. 279. Li Rud. Non tamen temere id judicaverit quis fieri a proba scriptoribus. Lehm.

Ead. l. 5. *'Ετέρας*) Angl. *ἑταίρας*. Bourd. *'Ετέρας*, s nus ipsa *Luciani*; quod autem praeferunt Angl. Ms. Gr. P. *ἑταίρας*, corruptio mera. In M. etiam *ἑταίρας* fuerat, manus recentior mutavit. (De *Κομμώματ.* v. *Hesych.* Sch *Longol.* Solan. Non male *ἑταίρας*. Reliqua ita essent appositione; et *μῦθον* et *ἐγκώμ.* vocaret *ἑταίρας κομμώτ*. R Sequitur etiam mox *κόσμος ὁ ἑταιρικός*. Nihilominus mium puto h. l. *Rudolphum* ab *ἑταίρᾳ* captum fuisse. Arti

certe; τῆς ἑτ. gravissime impedit, quo minus meretricem c admittamus. Lehm.

Ead. l. 6. *Ἐν τούτοις*] In mentem venit: *ἐν τούτῳ*, ad solum *ἐγκώμιόν* referatur, quia ne modicae quidem et tae fictioni locus est in historia. Sed ex rationibus ejus- odi nil censeo movendum, et mutandum. Rud.

Ead. l. 7. *Ἀλουργέσι*) Angl. *ἁλουργές τι*. Bourd. Ibi- m ait auctor, Poëtices ornamenta in historiam transfundere, m esse, *ὥςπερ ἄν εἴ τις ἀθλητὴν τῶν καρτερῶν τούτων, καὶ ιιδῆ πρινίνων ἁλουργέσι περιβάλοι, καὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τῷ ιρικῷ*. Pro *ἁλουργέσι* in MS. Angl. *ἁλουργές τι* exstare, te- tur *Bourdelotius*. Sed cum haec MSti lectio, sequentium ione habita, sit soloeca, vulgata lectio censenda est inte- rrima: *Non secus, ac si quis athletam aliquem ex robustis illis admodum validis, induat purpureis vestibus, alioque ornatu retricio.* Jens. Recte quidem doctiss. *Jens. ἁλουργέσι* prae- t alteri lectioni *ἁλουργές τι*· verum non dubito, quin jam igis sit probaturus illud *ἁλουργέσι*, quod ex collatione in irg. Aldinae *Wesselinganae* admisimus. Reitz. *Ἁλουργίς· ρφυρᾶ χλανίς. Suidas.* Et saepius legitur in Nostro. Prom. p. 4. 6. Pisc. 36. Epist. Saturn. 21. His non obstantibus uidem praetulerim *ἁλουργέσι*. nam hoc Adjectivum, etiam nisso *ἐσθῆς*, significat vestem purpuream; *Aelian.* V. H. II, 32. *Ἐμπεδοκλῆς — ἁλουργεῖ ἐχρήσατο*. Est deinde dif- ilior et inusitatior lectio, unde denique facilius oriri po- it *ἁλουργές τι*. Rud. In *Aeliano* non poterat bene addi θῆς, quoniam modo in narratione praecesserat. Hinc ergo ndum sequitur, *ἁλουργὴς* simpliciter posse dici *vestem pur- ream*, omissa voce substantiva. Addita autem haec reperi- r ap. Nostrum Imagg. c. 11. *ἁλουργὴς ἐσθής*. Alias, ut bene tavit *Rudolphus*, frequentatius est nostro scriptori *ἁλουρ- ς*, et hoc adeo loco bene restitutum a *Reitzio*. Lehm.

Pag. 176. l. 1. *Τὰ ὕστερα*) Probo lectionem marginis *Al- nae Wesselinganae*, qualem ob oculos etiam videtur habuis- *Micyllus* interpres, qui verterat, *quasi posteris, non prae- ntibus scribantur.* Reitz. Sed *τὰ* difficilius. Nota res, Neu- um saepius tali nexu de hominibus dici. Rud. Sunt *τὰ ειτα judicia posterorum*, non proxime *posteri* ipsi. Lehm.

Ead. l. 2. *Ὅσοι* etc.) In Ms. hic locus sic legitur: *ὅσοι οἴονται καλῶς διαιρεῖν εἰς δύο τὴν ἱστορίαν, εἰς τὸ τερπνὸν καὶ ήσιμον, κιβδήλῳ τῇ διαιρέσει χρώμενοι, καὶ διὰ τοῦτο εἰσποιοῦ- ν καὶ τὸ ἐγκώμιον ἐς αὐτήν, ὡς τερπνὸν καὶ εὐφραῖνον, τοῦ- ν ἐντυγχάνειν ὁρᾷς ὅσον τἀληθοῦς ἡμαρτήκασι, πρῶτον μέν, ἱρηται, κιβδήλῳ τῇ διαιρέσει χρώμενοι. Ἐν γὰρ ἔργοις* Quod

nec praetereundum, nec rejiciendum *existimo*. Graev *Διαιρεῖν εἰς δύο* contextu docente h. l. significat: dupli cem historiae finem proponere. Monet autem hoc auctor quia, admissa ista divisione, isti scriptores aliquid habe videbantur excusationis. Ceterum non possum, quin adj ciam *Josephi* locum, de rationibus, quibus multi ad historia scribendam adducantur. Antiqu. I. ab initio: *Τινὲς μὲν γὰ ἐπιδεικνύμενοι λόγων δεινότητα, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῆς θηρώμεν δόξαν, ἐπὶ τοῦτο τῆς παιδείας τὸ μέρος ὁρμῶσιν· ἄλλοι δὲ χάρ ἐκείνοις φέροντες, περὶ ὧν τὴν ἀναγραφὴν εἶναι συμβέβηκεν, π εἰς αὐτὴν πόνον καὶ ὑπὲρ δύναμιν ὑπέστησαν. εἰσὶ δ' οἵτινες ἐρω σθησαν ὑπ' αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἀνάγκης, οἷς πραττομέν παρέτυχον, ταῦτα γραφῇ δηλοῦσθαι περιλαβεῖν. πολλοὺς δὲ καὶ χρ σίμων μέγεθος πραγμάτων, ἐν ἀγνοίᾳ κειμένων προὔτρεψεν, π περὶ αὐτῶν ἱστορίαν εἰς κοινὴν ὠφέλειαν ἐξενεγκεῖν.* Rud.

Ead. l. 7. *Ἐν γὰρ ἔργον*] Posuit hoc auctor sine pr batione et demonstratione. Afferebat id quidem notio h storiae, quam sibi informaverat; sed quo jure id feceri insuper quaerendum erat. Hoc modo certe refutare non po erat alios, qui aliam animo notionem comprehenderan Rud.

Ead. l. 9. *Αὐτὸ*) Forsan *αὐτῷ*. Sed nihil muto. Pro enim etiam vulgata. Solan. Longe praestat *αὐτὸ*, i. e. *αὐτὸ τὸ τερπνὸν*, pro Nominativo habendum. Nec de ul mutatione cogitandum. Lehm.

Ead. l. 10. *Κάλλος ἀθλ.*) *Quintil.* VIII, 3, 10. *Pulch adspectu athleta, cui lacertos exercitatio expressit, idem cer mini paratior.* Totum illum locum communem de pulchri dine utilitatem consequente qui tractarint, laudamus ad ej dem *Quintil.* VIII. pr. 19. Gesn. Sensus non est: pulchrit dinem naturali quodam vinculo cum robore etc. conjuncta esse, ut cepisse videtur *Gesnerus*. — — Immo vero affirma si athletae praeter vires et reliquas ipsi necessarias virtut etiam pulchritudo sit, bene id se habere. Rud.

Ibid. Οὐδὲν κωλύσει ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι Νικόστρα τὸν Ἰσιδότου γεννάδαν ὄντα) Hic locus prima facie videtur nus et integer, at postquam exactius praecedentia et seque tia examinavi, mihi videtur deesse una literula, ut bene q dret ad sensum auctoris, qui talis est: *si pulchritudo et v concurrant in athleta, non erit spernendum tale consortium. deformitas in athleta, modo robur invictum et experientia a non impediet, quo minus praemia reportet, et insignis existim athleta.* Igitur in toto eo sermonis tractu, nullus est loc mentionem de nobilitate. Ideo *τὸ ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι* a

idetur consonare toti ratiocinationi, et aberrat ab auctoris copo. Ideo non suspicor, sed firmissime credo, *Lucianum* cripsisse *οὐδὲν κωλύσει ἡ ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι*, quod quiam non intelligentes, et putantes, debere intelligi, Nicoratum e prosapia Herculis et octavum ab Hercule fuisse, uod est, trinepotis filium, et videntes, id impossibile esse ratione temporis, literam numeralem *ἡ* sustulerunt. At *δοον ἀφ' Ἡρακλέους* non de stirpe intelligendum, quasi fuet ille Nicostratus Heraclides, sed de ordine eorum, qui ctae et pancratii palmam simul eadem reportaverant die, iorum primus numeratur *Hercules*, secundus *Caprus Elejus*, quo jam supra ad *Pausaniam* in Heliacis p. 170. diximus, rtius *Aristomenes Rhodius*, quartus *Protophanes Magnesius*, intus *Straton Alexandrinus*, sextus *Marioon Alexandrinus*, timus *Aristeas Stratonicensis*, octavus *Nicostratus Cilix Aetates*, de quo hic loquitur *Lucianus*, qui luctam et pancram vicit Olympiade 204. quem etiam memorat *Pausanias* liac. 1. Et ex hoc loco et *Pausania* corrigendus est Olymnicarum catalogus a *Jos. Scaligero* publicatus, ubi *Stratis* catur, male. Error natus ex eo, quod forte literis fugienus legebatur *παγκράτιον καὶ πάλιν νικ στρας*, unde divina- exscriptor *νίκων στράτις*. Cum ergo Nicostratus ille vicrenuntiatus fuerit Olymp. 204. a Troja vero capta ad priam Olympiadem numerentur anni quadringenti octo circi-, Hercules vero vixerit ante Trojam captam una generane ad minus, manifestum est, Nicostratum illum non posnumerari octavum ab Hercule secundum generationem: n numerando triginta annos in unaquaque generatione, volunt Chronologi, vix sufficerent quadraginta generaes. Itaque vero verius est debere legi, *ἡ ἀφ' Ἡρακλέους*, ntelligi non de stirpe, sed de victoriis Olympiacis luctae, ancratii. PALM. Si cui non satisfaciat *Palmeriana* conura, (mihi quidem satis tanto minus facit, quod video ae Hist. lib. 2. c. 22. similiter dixisse Nostrum, *Κᾶρος ὁ Ἡρακλέους*) ille cogitet, an non huc referendus sit ille ostratus, de quo *Diod. Sic.* XVI, 44. p. 533. Steph. *Ἦν ὁ ἀνὴρ οὗτος ἀγαθὸς καὶ πρᾶξαι καὶ βουλεύσασθαι, μεμιγμένον τῇ φρονήσει μανίαν. Τῇ γὰρ τοῦ σώματος ῥώμῃ διαφέρειμει τὸν Ἡρακλέα κατὰ τὰς στρατείας, καὶ λεοντῆν ἐφόρει, ὅπαλον ἐν ταῖς μάχαις.* GESN.

Ibid. Ἀφ' Ἡρακλέους) Docta est sane et acuta *Palmerii* ectura; sed nihil tamen mutandum. Neque enim ad rem quam facit, quotus ordine Nicostratus ab Hercule fuerit. oc Nicostrato v. *Plut.* 494. f. 949. C. (Alius is est ab eo,

cujus meminit *Xenophon* ed. St. p. 276, 29.) Nostrum Ver. Hist. II. cap. 22. *Quintil.* II, 8. circa finem, ex quo et aetatem ejus discas. (Cilix erat. Ol. CCIV. vicit. Afr. ἀναγρ. et *Pausan.* Eliac. I.) *Loyd.* SOLAN. Mihi *Lucianus* nec de *Diodori Siculi*, nec de *Pausaniae*, Nicostrato cogitasse videtur, sed egisse de aequali quodam ejus nominis athleta celeberrimo, ut et *Scholiastae* visum est. Interiorem autem hujus loci sensum despero nunc omni ex parte explicari posse, quum omnis ejus color ejusmodi sit, ut respicere auctor, ut ait *Rudolphus*, videatur ad rem in facto positam, quam ignoramus. Quod autem ad verba, ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι attinet, in versione *Wielandii:* „aber das würde nicht verhindert haben, dass Hercules, wenn Nicostratus (wiewohl einer der hässlichsten Menschen, die man sehen konnte) mit dem schönen Alcaeus von Milet, der sein Liebling gewesen seyn soll, gerungen hätte, nicht dem erstern, als dem stärksten und tapfersten von beyden, den Preis zuerkannt haben würde," — vix divinaveris *Luciani*, de quibus agitur, verba. Nec *Palmerii* explicationem et conjecturam, etsi admodum ingeniosam et artificiosam, tanti facio, ut magnopere curandam existimem. Recte *Belinus* vertit: „Rien n'empêche que le fils d'Isidotus, Nicostrate, ne soit *de la race d'Hercule.* Et sic etiam *Rudolphus* explicuit ἀφ' Ἡρακλέους in Ind. s. v. ἀπὸ, *Herculis sectatorem, imitatorem fuisse.* Contulit formulam οἱ ἀπὸ Πλάτωνος etc. et provocavit ad *Viger.* IX, 1. 18. probante ipsius Censore in Ephemm. Jenenss. supra laudato. In N. T. de eadem notione promiscue usurpantur ἐκ τινος εἶναι, υἱὸν, s. τέκνον, εἶναί τινος, ut ἐκ διαβόλου εἶναι *Joh.* Ev. VIII, 44. etc. H. l. verterim: *Herculei esse roboris.* *Guil. Langius* in Animadvv. ad Lucian. saepius jam laudatis eandem, opinor, interpretationis regulam secutus, explicat *fortem esse.* LEHM.

Ead. l. 13. Ἀλκαῖος) De hoc tacent. SOLAN.

Pag. 177. l. 2. Καὶ τοίνυν ἡ ἱστορία, εἰ μὲν ἄλλος τὸ πρᾶγμα παρεμπορεύσαιτο, πολλοὺς ἂν τοὺς ἐργάτας ἐπισπάσαιτο. Interpres Salmuriensis: *Proinde historia, si jucundum auctarium haberet, multos, a quibus scriberetur, alliceret.* Inepta ratio. Non plures invitarentur ad scribendas historias, de historicorum enim multitudine conqueritur, sed ad legendas. Historiae enim illae, quae posthabito vero soli studebant jucundo, ludibrio et taedio gravibus viris erant, et a neminem legebantur, nisi mulierculis et adolescentibus, ut hac tempestate Romanensium, ut vocant, fabularum scriptores. Verum hujus loci scripturam nobis servavit Codex Anglicanus,

apud *Bourdelotium*, et excerpta nostra, in quibus ἱραστὰς legitur, quod pro ἐργάτας reponendum. Et sic legisse videtur *Micyllus*, ut ex versione patet: *Quare historia, siquidem obiter et velut auctarium jucunditatem additam habeat, complures amatores ad se allicit.* Paucis verbis interpositis, male scribitur et intelligitur hic locus: ἔτι κἀκεῖνο εἰπεῖν ἄξιον, ὅτι οὐδὲ τερπνὸν ἐν αὐτῇ τὸ κομιδῇ μυθῶδες, καὶ τὸ τῶν ἐπαίνων μάλιστα πρόσαντες, παρ' ἑκάτερον τοῖς ἀκούουσιν ἦν, μὴ τὸν συρφετὸν καὶ τὸν πολὺν δῆμον ἐπινοῆσαι, ἀλλὰ τοὺς δικαστικῶς, καὶ νὴ Δία συκοφαντικῶς προσέτι γε ἀκροασαμένους. Vertunt: *Hoc quoque dici meretur, rem valde fabulosam, quodque in laudem maximopere inclinat, utrinque audientibus non esse jucundum, dum non de faece hominum et promiscua plebe hoc intelligamus, sed de iis, qui judicantium, ac per Jovem, sycophantarum more auscultant.* Μὴ ponitur quidem nonnunquam pro *nisi*, sed in hac notione non memini infinitivum sequi. Παρ' ἑκάτερον ἀκούοντες, interpretantur, *utrinque audientes;* quod quid sit, non intelligo. Mss. recte: παρ' ἑκάτερον ἀκούουσιν, ἢν μὴ τὸν συρφετὸν καὶ τὸν πολὺν δῆμον ἐπινοεῖ, *in utroque*, vel *in utrovis eorum*, (fabulis sc. nimiis, et operosis laudibus) *audientibus non esse jucundum, si non faecem plebis et vulgus cogitet, sed eos.* Τὸ τῶν ἐπαίνων μάλιστα πρόσαντες, sunt *laudes nimiae, quae offendunt audientis animum.* Sic προσάντη λέγειν apud *Diod. Sic.* ea dicere, quae ingrata sunt, et indignationem movent. GRAEV.

Ead. l. 3. Ἐργάτας) Angl. ἱραστάς. BOURD. Ἐραστὰς recepimus in textum, P. etiam consentiente. Vulgata enim nihili prorsus est. Exstat tamen in M. SOLAN. Fortasse respexit ad illud *Platonis* in Phaedro, quod expressit etiam *Cicero* de Offic. I. c. 5. RUD. Locus est *Plat.* Phaedr. c. 65. Ὄψις ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων, ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται· δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν. Vid. *Car. Beier.* ad *Ciceronis* locum, qui quidem vir multiplici et exquisita instructus doctrina alium contulit ejusdem *Cic.* locum, ubi *Platonis* sententia magis etiam ad verba expressa legitur, de Finib. II, 16, 32. Ceterum *Platonica* quidem sententia per se longe alia est, ac *Lucianea:* utraque vero eadem fere ratione proposita; ut sane *Luciano*, *Platonicorum* cultori gnarissimo, formula illa venustissima obversata fuisse videri possit. LEHM.

Ead. l. 6. Ὅτι οὐδὲ — ἦν) Ὅτι οὐδὲ τερπνὸν ἐν αὐτῇ τὸ κομιδῇ μυθῶδες, καὶ τὸ τῶν ἐπαίνων μάλιστα πρόσαντες, παρ' ἑκάτερον τοῖς ἀκούουσιν ἦν. Indignis modis confundunt vio-

lantque hanc periodum et omnem ejus intelligendae viam, inque ea sententiam *Luciani* interpretes Latini, quorum *Benedictus* ita, *rem valde fabulosam, quodque in laudem maxime pere inclinat, utrinque audientibus non esse jucundum.* Quod cum per se ἀτεχνῶς sit chimaericum, imo falsum, (et cur in interpretatione omittit ἐν αὐτῇ;) tum si roges, cur *Lucianus* dicat ἦν, non ἐστὶ, profecto nullam possit dare caussam. Tantundem respondebit, si roges, quid sit *utrinque audire?* Deinde pergit, *dum non de faece hominum et promiscua plebe hoc intelligamus, sed de iis* etc. Quid quaeso intelligemus de illis, utrum laudatis, an laudantibus? Ad has tamen absurditates praeivit *Micyllus*, cujus haec sunt: *quod neque jucundum adeo in historia, quod valde fabulosum est, et ad laudem maxime inclinat, utrobique auditoribus esse solet, dum non de faece hominum ac multa promiscuaque plebe hoc intelligamus* etc. illaudabili versione. Interpretor: *non esse in historia jucundum id, quod est oppido fabulosum. Etiam laudationes nimium proclives, audientibus accidunt in utrumque* (ut non sint semper jucundae, sed queant esse jucundae, queant esse contrariae et ingratae ob varias caussas, ac vel dextre vel sinistre accipi, ut maxime proprietatem phraseos attingamus, quae occurrit Ver. Hist. I. cap. 40. οἱ μὲν παρ' ἑκάτερα τῆς νήσου καθήμενοι.) *Nos intellige faecem confusam et promiscuam plebem, sed* etc. quibus verbis describit, quos ἀκούοντας innuat: quasi dicat, non si eo usque adscendant istae laudationes, ut etiam infimi videant, te in laudando excedere modum, sed si tantum sic agas, ut acutissimi id percipiant; vel, ut ipse exponit infra c. 11. ὅταν κατὰ τέχνην αὐτὸ δρῶσιν καὶ ἐπισκιάζουσι τὴν θωπείαν, ἀλλ' ἀθρόα πάντα καὶ ἀπίθανα καὶ γυμνὰ διεξίασιν. GRON.

Ead. l. 7. Πρόσαντες) Videtur nihil opus esse huic loco, nisi ut revocetur, quod jam factum, simpliciter Aldina lectio, sublato solum inciso, quod ibi etiam ponitur inter πρόσαντες et παρ' ἑκάτερον. Nimirum hoc παρ' ἑκάτερον, in quo tantopere laboratur, ad πρόσαντες refertur commodissime. *Utrinque praeruptum est* et *audientibus* adversum atque molestum, non minus quam asperum et praeruptum iter viatoribus, laudare alios; difficile ergo scribenti, et in utramque partem difficile, cum vel nimis videaris prodigus, vel parcus nimis. Ut hic metaphorice *Lucianus*, sic proprie *Caesar* B. Civ. I, 45. *Praeruptus locus erat, utraque ex parte directus.* GESN.

Ibid. Παρ' ἑκάτερον) Hic locus est mutilus. *Longol.* De utraque auditorum parte intelligo, laudatis scilicet et laudes audientibus. Alio tamen sensu usurpat, ex Graeco, ni fal-

or, *Terentius*, in utramque partem, in prol. Heautont. sub in. et III, 1, 31. Cf. infr. Ver. Hist. II. c. 40. Et Deor. Dial. XVI. Solan. Conjungendum πρόςαντες et ἀκούουσιν, rgo non *difficile scribenti*, ut *Gesnero* visum, sed *molestum udientibus: laudes molestias facessunt auditoribus*, (commode udolphus confert locum *Plutarch.* de Educ. VIII, 27. μονωδία — ἐστὶ πλήσμιον καὶ πρόςαντες) idque παρ' ἑκάτερον, *in utramque partem*; quod quid sit, ex eo patet, quod oppositum manifesto est τῷ κομιδῇ μυδώδει, *ei, quod plane est fictum, abulosum*: ergo ἐφ' ἑκάτερον, *utrumque si spectes*, est: sive ictae sint laudes et fabulosae, sive etiam verae et genuinae, emper laudare est res lubrica, et molesta audientibus; imner ist est, in jedem Falle, den Zuhörern zuwider, qui uidem nunc non laudationem, sed narrationem, audire veint: Hanc unice veram existimo esse hujus loci varie disorti explicationem. Cf. Diall. Deor. XVI, 1. ubi Apollo licitur λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα πρὸς ἑκάτερον τῆς ἐρωτήεως ἀποκρινόμενος, ὡς ἀκίνδυνον εἶναι σφάλμα, i. e. *in utramque quaestionis partem*, sive hanc, sive illam, velis, pro suo uisque animo. Et sic explicata verba: καὶ τὸ τῶν ἐπαίνων — κούουσιν, haud vereor, ne quis cum *Rudolpho* pro spuriis it habiturus. Lehm.

Ead. l. 8. Τοῖς ἀκούουσιν· ἢν ἐπινοήσαις) Vulgatam mutavi, ἢν in ἤν migrando, et distinctionem, quae post ἤν erat, ante illud collocando, praeeuntibus G. L. et J. quod enim vulgo legebatur, οὐδὲ τερπνὸν — τοῖς ἀκούουσιν ἦν, μὴ τὸν συρφετὸν etc. vertebaturque, *neque jucundum audientibus erat, dum non de faece hominum intelligamus*, id ex Graeco sic vix elicias; jam vero ἤν μὴ conjunctum apertius *nisi* significabit, et verbum *erat*, satis intelligitur per ellipsin: sed pro ἐπινοῆσαι jam quoque recepi ἐπινοήσαις. Durior hic enim est infinitivus. Imo cum et margo *A.* 1. *W.* id habeat, et *Gesnerus* quoque sic legendum existimet, tanto magis ad id recipiendum permoveor. Reitz.

Ibid. Ἤν μὴ — ἐπινοῆσαι) Ἤν μὴ — ἐπινοήσῃ. Guyet. Ἤν μὴ etc.) Sic omnino legendum cum Mss. G. P. L. et Ed. J. Nisi cum G. Ms. legas mox ἐπινοεῖ pro ἐπινοῆσαι. Reliquae Edd. ἦν etc. cum praecedentibus conjungunt. Solan. In voce ἐπινοῆσαι admodum variant libri. Cum Ms. Gr. ἐπινοεῖ legenti facit Cod. 3011. Sed ἐπινοῇς exhibet 2954. Quam lectionem *Reitzius* e marg. A. 1. W. recepit, et recentiores Edd. admiserunt, ἐπινοήσαις, eandem exhibet etiam A. 2. sed ἐπινοῆσαις scriptam. In qua quum *Belino* soloecismus videretur inesse Optativi cum ἤν conjuncti: malebat aut ἐπινοῇ-

σῃς scribi, aut ἦν μὴ in εἰ μὴ mutari, servato sic Optativo. At cf. supra cap. 5. et quae ibi in Varr. Lectt. monita sunt. LEHM.

Ead. l. 10. Ἀκροασομένους) W. In reliquis ἀκροασεμένους. SOLAN. Etsi vulgata ferri potest, ut significet eos, qui sic audire solent, tamen accuratior videtur lectio Cod. W. futurum exhibens, i. e. eos, qui hanc historiam *audituri*, vel *lecturi sunt*. REITZ. Hanc lectionem ἀκροασομένους confirmat etiam non solum Cod. 2954. sed etiam A. 2. in qua est ἀκροασωμένους. Recte itaque recentiores Editores *Reitzium* sunt secuti. Verbis deinceps sequentibus *Rudolphus* notat tangi fortasse criticos, quos rideat (auctor) etiam in Veris Historiis. LEHM.

Pag. 178. l. 3. Τὸν τύπον) Κατὰ τὸν τύπον. GUYET. Κατὰ quippe non inserendum, sed intelligendum, monere voluit, credo. REITZ. Elegans locus, quum non solum in metaphora eadem pergat, verum etiam hoc modo simul declaret, quid sit ἀργυραμοιβικῶς. RUD.

Ead. l. 4. Φροντίζειν) Tales ait auctor comparandos esse auditores, quibus quis scripta sua velit probare, qui exactissime omnia examinent, et ἀργυραμοιβικῶς expendant: *ad hos*, inquit, ἀποβλέποντα χρὴ καὶ συγγράφειν, τῶν δ' ἄλλων ὀλίγον φροντίζειν. Sic namque ex vetustis Edd. corrigendum: posteriores pessime φροντίζει. JENS. Bene monet *Lucianus*, praesertim quum laudes ejusmodi interdum essent malis artibus partae. Cf. Quinctil. lib. X. §. 18. de oratoribus quidem. RUD.

Ead. l. 8. Γάρ που σε) Ita που σε sine accentu exaratum est in Edd. priscis *J. Fl.* *Ald.* et hinc in reliquis. Neque enim Grammaticorum canon hic poterat observari, ut pluribus encliticis sese subsequentibus, unius accentus in alteram transiret; alioqui scribendum fuisset ποῦ σε· quod significatio, quam ποῦ hic habet, vix patitur. REITZ. *Schmied.* ex arbitrio edidit πού σε. LEHM. Major vis est in hac comparatione, quum exemplum verum afferat, quam si quid ejusmodi excogitasset ipse. — Similis pictura reperitur in opere splendido: Recueil d'estampes d'après les plus célebres tableaux de la Galerie Royale de Dresde. Dresdae 1753. Vol. I. n. 40. Alia est Woerlitzii. Vid. *Aug. Rode* Beschreibung des Fürstl. Anhalt-Dessauischen Landhauses und engl. Gartens zu Woerlitz p. 49. RUD.

Ibid. Γεγραμμένον) Meminit hujus *Terentius* Eun. V, 8. *Plautus* etiam in Trin. initio ipso, et *Pers.* 5. Vide etiam *Plaut.* 1406, 2. quo in loco ῥαπίζειν legendum. SOLAN.

Ead. l. 11. Ἐν κροκωτῷ) *Plutarchus* quoque scribit, Herculem κροκωτοφόρον pingi solitum. *Crocota autem crocei coloris vestis. Non. Marcell.* Vorst. Quem cultum tamen sinceps, ut et Herculis titulum, affectavit Commodus. *Herodian.* I, 14, 16. ἀποδυσάμενός τε τὸ Ῥωμαίων καὶ βασίλειον ῥῆμα, λεοντῆν ὑπεστρώννυτο καὶ ῥόπαλον μετὰ χεῖρας φέρειν, ῥᾳδίννυτό τε ἁλουργεῖς καὶ χρυσουφεῖς ἐσθῆτας, ὡς εἶναι κατάδηλον αὐτὸν καὶ ὑφ' ἑνὶ σχήματι θηλειῶν πολυτέλειαν καὶ ἡρώων τὴν μιμούμενον. V. et *Aristoph.* Βατρ. p. 94, 2. Solan. Conf. *Aristophan.* Ran. 46. et ad eum nott. *Ex. Spanh.* qui et hunc *Luciani* locum adfert, et muliebre hoc vestimenti genus exponit ex *Athen.* V, 198. *pellucidum amiculum, quod supra purpuream tunicam injicitur.* Reitz.

Ead. l. 13. Σανδάλῳ) Sic pro σανδαλίῳ constanter legitur in Edd. vett. quas excussi, et recte; (quamvis utrumque dicitur.) Vid. supra Deor. Dial. XII. m. ubi plane idem ait: ὑπόμενος ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης χρυσῷ σανδάλῳ. Et Dial. XI. m. τὰς αὐτῷ ἐνέτεινα — τῷ σανδάλῳ, et sic alibi non semel: quare hoc praetuli, quia Nostro usitatius est. Addiderat *Croze*, vid. *Terent.* sine dubio respiciens illa in Eunuch. II, 8, 4. *Utinam tibi commitigari videam sandalio caput.* Ad haec interprett. plura de sandaliis. Reitz.

Pag. 179. l. 3. Ἀσύφηλον) Flor. et Angl. ἀσύμφυλον et ἀσύμφηλον. Bourd. Ἀσύμφυλον) Variant hic libri; sed vera et genuina lectio est, quam ex W. P. et L. exhibeo. Consentiunt omnes, exceptis duobus, in Rhet. Praec. cap. 16. ἀσύφηλον vero, quod et apud *Suidam* perperam legitur ἀσύμφυλον, aliud est, V. Il. *I*, 643. quod jam doctissimo *Suidae* editori observatum est. Adde *Plut.* 1672, 1. Solan. Ἀσύμφυλον) Cum non soleant vocem facilem et obviam in ignotiorem mutare librarii, ἀσύφηλος autem sit *Homer.* Iliad. *I*, 63. et Ω, 767. hoc servandum duco, et interpretatus sum, a quo illam plane cognitam habeam, sed ut convenire huic sententiae, nec repugnare locis Homericis videbatur. Hasn. Verum est, librarios non solere vocem obviam in ignotiorem mutare; ideoque lubens concederem *Gesnero*, Horaticum ἀσύφηλον retinenti, si significatum ejus huc conveniret certum esset. Verum quia non potuit scire, quid Codd. Vatri haberent, ego consensum eorum in voce obvia, et hic haec congrua, praeferendum duxi, eoque magis, quia duae ed. principes *Fl.* et *J.* ne quidem vulgatae adsentiuntur, sed alteram Codicum quoque ducunt. Reitz. Ἀσύμφυλον et Ms. Reg. 3011. Bip. Ἀσύμφιλον A. 2. ut *Junt.* Lehm.

Ead. l. 4. *Ἑκάστου γὰρ — καλόν ἐστι*] Sensus cuilibet rei propria quaedam est pulchritudo. In *Reitz.* Edi post *ἴδιόν τι* comma est, quod sensum obscurat. Rud. Ad dam, quae idem *Rudolphus* in Ind. s. *παρὰ* de sequentibs verbis judicavit: *Interpres:* deforme idem, quia extra usu suum, fuerit. *At enim isto loco non agit de utilitate et usu re rum, sed de pulchritudine unicuique rei propria; neque id, quo inutile est, propterea etiam est turpe atque deforme. Putaveri igitur, παρὰ τὴν χρῆσιν,* per usum, *esse glossema, ab a adscriptum, qui quidem probe teneret, res usu et per usum defo mes reddi; sed ad nexum et sententiarum seriem non attendert* His etiam Censori Jenensi probatis ita ego subscribo, ut ta men de consilio et sensu verborum *παρὰ τὴν χρῆσιν* aliter stu tuam. Adscripta sunt margini a nescio quo, qui vocabulu *ἀχαλλὲς* indicare vellet esse *παρὰ τὴν χρῆσιν, praeter usum* vul *garem* h. l. *adhibitum.* A *Luciano* autem ipso ea verba non est profecta, vel inde probari potest, quod varias per se quide admittunt interpretandi rationes, nullam vero, quae men auctoris satis conveniat. Unde etiam mire se torserunt in terpretes, quaerendo aliquam rationem, quae tolerari quo dammodo posset. *Micyllus: deforme id ipsum usu reddet Gesnerus* longe aliter, ut videre licet. *Belin. elle devient in forme par le mauvais usage auquel on l' emploie. Wieland.* s *wird es hässlich, weil es an einem Orte steht, wo es unnütz is oder keine gute Wirkung thut.* Vocabulum autem *ἀχαλλὴς*, e si haud improbum per se, tamen neque apud *Lucianum* ne strum, quod sciam, usquam alibi occurrit, neque apud ali scriptores saepissime. *Hesychius* tamen: *ἀχαλλές· ἄμορφο* Et de superiorum verborum sensu, quem sane prava distin tio, omnibus Edd. veteribus communis, obscuravit, et in terpretes plurimos, ut falso verterent, seduxit, recte statu *Rudolphus.* Sensus est: Jede Sache hat ihre eigenthümlich Schönheit: mengt man sie aber in einander, so wird dasse be hässlich, (was vorher schön war). Conferatur imag Herculis et Omphales supra descripta. Lehm.

Pag. 180. l. 2. *Ἀριστοβούλου — γράψαντος*) Angl. *Ἀρ στόβουλος γράψας.* Bourd. Adi *Voss.* de Hist. Gr. Lauc hunc *Plut.* in Alex. et 584, 1. unde liquet, exstitisse illi novam et ab hac diversam historiam. *Strabo* etiam XV. p. 4 494. A. Vid. et 608, 1. ejusdem P. Solan. Facessat lect Codicum, nominativum exprimentium: etsi enim nomina vi absoluti exempla non desint, tamen quia iidem libri ca *γνόντος* non mutant, hinc nec *γράψαντος*, nec *Ἀριστοβούλο* mutandum erat; non enim Alexander legebat, sed ipse Ar

obulus auctor ei suum opus praelegebat, quod olim moris iisse, non est opus exemplis probari, cum Alexander post- a demum librum arripuisse, et in caput auctoris projecisse icatur. Exempla autem istius nominat. quasi absoluti da- imus alibi. Reitz. Pro *Ἀριστοβούλου Sainte-Croix* in li- ro inscripto: Examen critique des anciens Historiens d' lexandre le Grand Par. 1775. p. 19. legi voluit *Ὀνησικρί- του*, quo hic Alexandri historicus adulator cum illo, qui . 40. commemoratur, conveniret. Verum hujus mutationis ravissimae equidem ne levissimam quidem video caussam. mo vero hujus Aristobuli in *Plutarchi* Alexandro et apud *Strabonem* lib. XV. §. 19. 21. bis 24. etc. non minus fit, quam Onesicriti, frequens mentio. Et quod illi scriptores classici alis fidei historico usi sunt fonte, non minus id mirandum, uam quod Onesicrito, aliisque ejus indolis, qui de Alexan- ri rebus exposuerant, historicis, vel potius laudatoribus. I. l. autem si Aristobulo injuria est facta, non id librariis n tanto librorum consensu, sed ipsi *Luciano*, imputandum enseo. Nec Onesicriti peccatorum historicorum indicem oc exemplo temere auctum velim. Leim.

Ead. l. 8. *Ἐπὶ κεφαλὴν*) Mirum videri possit, usurpari anc phrasin de *libro*, cum proprie de animalibus dicatur prono capite deturbatis, uti usurpatur in Gallo c. 23. *ἐπὶ κεφαλὴν ἐς πέλαγος ἐμπεσόντες*. Sed videtur ad alia etiam tandem usu detorta fuisse. Vid. de *ara* usurpatum Jov. Trag. c. 44. Solan.

Ead. l. 10. *Ἐν ἀκοντίῳ*) *Καὶ δὲ οὕτως ἔχρῆν, Ἀριστόβουλε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα, καὶ ἐλέφαντας ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα.* Scio, ut defendi possit haec scriptura, verum persuasum tamen habeo, *Lucianum* scripsisse, *καὶ ἐλέφαντας ἑνὶ ἀκοντίῳ φονεύοντα*, *una sagitta elephantes interficientem.* Quod et Ms. prae se fert, ut nunc deprehendi, cum haec ex meis schedis, in quas ante viginti quinque annos has conjecturas inscripseram, excerperem, ut dubium nullum reliquum sit, vere me conjecisse. Graev. Insolens admodum haec phrasis, nec *Luciani* manum hic agnosco, neque in his in Dial. Prot. et Plut. seu Diall. Mortt. 23. *καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ*. In L. uti et in G. *ἑνὶ*, quod commodius, sed nondum mihi rectum videtur. M. vulgatum *ἐν* retinet. Elephantos autem, quamvis haec quidem Aristobuli fabulosa erat narratio, conto transfixos Romae legimus a Commodo aliisque. V. *Ael. Lamprid.* c. 12. et not. *Casaub. virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut elephantum conto transfigeret.* Solan. Etsi praepositio abundans pro ablativo instrumen-

ti recte adesse potest, ut pluribus probavi ad Herodot. c. 1 et ante me *Hemsterh.* ad Dial. Mort. XXIII. f. ubi καθιπόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ, quae verba *Solanus* immerito suspecta hab tamen hic aliquantum languet historia: itaque ἑνὶ ἀκοντ unice verum esse statuo, et recepissem profecto, si num rum elephantorum, qui excidisse videtur, addere ex aliq Codice vel editione possem. Sensus enim postulat, ut *jaculo plures elephantes* (simul) *trajecisse* dicatur Alexand ac tum adulatio nimia, quam *Lucianus* redarguere vult, prodit, quae jam in vulgata lectione nulla est; tum vero sta Alexandri patet ira, cum ἀδύνατα adeo, sive manife falsa ipsi tribuuntur. Licet enim pluralis ἐλέφαντας suffic videatur, et vel sic longe melior sensus sit, quam vulgat tamen hiat aliquantum oratio, nisi *duos* vel *tres* addide Miror, *Solano* haec in mentem non venisse, qui tam s diose haec verba videtur excussisse. Cum sensus τοῦ ἑνὶ t facile pateat. Fateor enim, nihil novi esse singulos elepha tos contis trajectos, sed parvo jaculo, quod diminutiv ἀκοντίον notat, unoque ictu duos tranfixos, hoc erat mira lum. Ἐπὶ κεφαλὴν autem si non de capite libri, an igitur capite auctoris intelligendum, quod Alexander petens libr simul in aquam projecerit? potest enim ἐπὶ intelligi *versu ad;* ita ut liber directus *versus* auctoris caput, etsi non te gerit, in mare sit projectus. At sequens εἰ δὲ, id non pe mittit. Reitz. Praeeuntibus Codd. G. L. et Mss. Reg 2954. et 2956. rescripsimus ἑνί· quam lectionem etiam sec tus est in sua *Luciani* versione *Belinus.* Bip. Ἑνὶ non op est. Sensus est; „*quod elephantos jaculo interfici posse et i terfectos esse dicis.*“ Sententiam hujus loci, contra interpr tes, hic frustra laborantes, eleganter exposuit *Wieland.* i nota; qui ipsam etiam pugnam solitariam ab homine isto i epto fictam esse statuit. Inde explicanda verba: τοιαῦτα ὑπ ἐμοῦ μονομαχοῦντα. Rud. Ἑνὶ, quod nunc etiam duobo Codd. Pariss. confirmatur, usque ego pro genuina lectio habebo, dum probaverit quis, ἐν ἀκοντίῳ φονεύειν bene Gr ce dici potuisse. Vid. Adnot. ad Dial. Mortt. XXIII, Tom. II. pag. 642. sq. Quod autem numerum aliquem el phantorum h. l. *Reitzius* desiderat, qui ad vocem numerale ἑνὶ referatur, id prope abest a ridiculo. Volebat scilic *Reitzius* repraesentari lectori miram profecto imaginem Po *duobus tribusve simul* elephantibus insidentis: probe enim u nendum, de μονομαχίᾳ sermonem esse. Pluralis ἐλέφαντας qui *Reitzium* male habuit, universalem significat sententia hoc tamen loco ad rem specialem referendam. Lehm.

Ead. l. 12. *Ἀρχιτέκτονος*) Dinocratis scilicet, cujus historia scitu digna. Is cum Alexandro innotescere cuperet, nec facilem ad eum aditum reperiret, ad hanc tandem artem confugit. Unctus et corona populea redimitus, pellem etiam leoninam, caetera nudus, induit: eoque ornatu locum petit, qua Alexandro iter futurum sciebat. Eo viso rident comites, Alexander ipse novo spectaculo illectus hominem alloquitur, et mox suscipit. Hinc tanta viri fortuna, quam et aulicae artes aedificaverant, ita adulatio nimia deinde subvertit. Vid. *Vitruvium* in praef. At *Plutarcho Stasicrates* audit, non *Dinocrates*, 597, 2. Sed Dinocratis etiam nomine occurrit ap. *Plin.* et *Strab.* VII. qui Alexandriam ab eo, ad Chlamydis formam descriptam et conditam memoriae prodidit. *Vitruvius* quibusdam a *Luciano* hic prolatis refragatur. Quandem historiam habes iterum Pro Imagg. c. 9. Solan.

Pag. 181. l. 8. *Ἐπανθήσῃ*) Angl. *ἐπάνθισε*. Bourd. *Οἴονται γὰρ ἄμεινον ἕξειν τὴν ὄψιν, ἢν ὁ γραφεὺς αὐταῖς ἐρύθημά τι πλεῖον ἐπανθήσῃ, καὶ τὸ λευκὸν ἐγκαταμίξῃ πολὺ τῷ φαρμάκῳ.* Recte interpres: *arbitrantur enim, melius se habituram faciem, si pictor illis plurimum ruborem illinat, et pigmento multum candoris admisceat.* Sed pro *ἐπανθήσῃ* scribendum *ἐπανθίσῃ*. Accedit proxime liber Anglicanus, quem vidit *Bourdelotius*, qui legit *ἐπάνθισε*. *Ἀνθίζειν* et *ἐπανθίζειν* est pingere, floridis coloribus inficere. *Herodot.* Cleio, *ἡνθισμένοι φαρμάκοισι προμαχεῶνες*, *propugnacula picta variis coloribus.* *Noster* infelicius in hoc ipso libro: *Οἱ δὲ ἔπλαττον μόνον, καὶ ἔπριον τὸν ἐλέφαντα, καὶ ἔξεον, καὶ ἐκόλλων, καὶ ἐῤῥύθμιζον, καὶ ἐπάνθιζον τῷ χρυσῷ, illi vero tantum formabant et secabant ebur, et poliebant, et conglutinabant, et concinnabant, et auro inducebant.* *Sophocl.* *οὐ γάρ σε μὴ γνῶσιν ᾧδ' ἠνθισμένον, te enim non cognoscent sic coloratum.* *Synesius*: *καὶ εὐθὺς ἐπανθεῖ μοι κατὰ τῆς παρειᾶς ἐρύθημα, et statim mea gena rubore perfundebatur.* *Ἄνθος* saepe est color. *Ἄνθη τῶν οἴκων* sunt picturae *Philostrato*. *Hesych.* *ἄνθη· χρώματα.* *Moschopulus τῶν ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογῇ· ἀπὸ τοῦ τῶν βοτανῶν ἄνθους λέγεται ἄνθος κατὰ μεταφορὰν τὸ χρῶμα. ὡς παρὰ τῷ Φιλοστράτῳ τῷ τῆς ἴδης ἄνθεϊ ῥαίνεται, ἤγουν τῷ χρώματι. ἔστι δὲ ἴδη βοτάνη τις· καθὸ λέγεται ἀνθοκρόκοισι πήναις παρ' Εὐριπίδῃ.* Sic legenda sunt haec verba. Locus *Euripidis* est in Hecuba v. 468.

— Ἐν κροκέῳ πέπλῳ
Ζεύξομαι ἅρματι πώλους,
Ἐν δαιδαλέαισι Ποικίλλουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις.

Ubi interpretes pessime: *in crocea veste jungam currui equos,*

in artificiosis variegans croceo flore decoris tapetibus. Ἀνθόχρ
νοι πῆναι sunt fila variis coloribus tincta, licia diversorum colorum. *Πῆναι μίτος, κρόκη*, subtemen, fila. *Χρυσόπη*
ναι vestes aureis filis pictae: *Virgil. picturatae auri subtemin vestes.* Restituenda est haec vox *Polluci* lib. X. c. 10. ubi re censet vocabula ad lanificium et textrinam pertinentia: κ *πήρα καὶ πηνίον κατάγειν, καταγαγεῖν.* Interpres: *peram fa sum ducere, deducere.* Quid lanificio cum pera? lege πῆν *Euripides* autem sic vertendus: *in crocea veste jungam curr equos, artificiosis pingens diversicoloribus filis.* Ἐν δαιδαλέοι *ποικίλλουσα* est pro *ἐνποικίλλουσα δαιδαλέαισι.* Graev. Ἐπα *θίσῃ*) Ad hanc scripturam accedit Anglic. Cod. quae in l plane habetur. In vulgatis *ἐπανθήσῃ*. Vid. infra cap. 5: Solan. De pigmentis, *φάρμακα* dictis cf. Amor. cap. 40. Diall. Merett. XI, 3. Omnino vid. *Koen.* ad *Gregor. Cor.* 504. Schaef. Lehm.

Ead. l. 11. *Θεραπεύοντες*) Anglic. *θεραπεύεσθαι.* Bour Sic infra c. 40. *εἰ δὲ τὸ παραυτίκα τὶς θεραπεύοι* etc. aliam le tionem hic Codd. A. W. P. et L. praeferunt, haud sa spernendam, nempe *θεραπεύεσθαι*· quam si admittas, supp *ὡς*. Sed in W. aliter prius fuerat. Solan.

Pag. 182. l. 2. *Πάσῃ*) Distinctione juvimus hunc locu et interpretatione. Jungebant *ἱστορίᾳ πάσῃ*, et interpret bantur *omni historiae:* sic laborabant sequentia. „Nobis κά est aoristus primus ex *πάσσω* vel *πάττω*, quod de coloribu et pigmentis usurpari potum est. Gesn.

Ibid. Τὰ ἄλλα) Hic aliquid desideratur. An *μὴ παραλεί ποι*, vel *παραλήψῃ*; Guyet. Recte vidit *Guyet.* aliquid des derari in vulgata, quae erat, *τῇ ἱστορίᾳ πάσῃ, τὰ ἄλλα* et sine sequente verbo, quod ad *ἄλλα* referatur, et sine ul sensu: sed mutata a *Gesnero* distinctio mihi omnia sanare v detur; quare illam laetus amplector. Reitz.

Ead. l. 3. *Τοῦ λόγου*) Post hanc vocem excidit verbu sine quo stare sententia non potest. Quodnam autem ve bum exciderit, quis sine Mss. ope divinabit? *Vorstius* co jicit, ante *τὰ ἄλλα* reponendum *ἐστὶ καὶ*, vel simile quid. W. et Ed. *Fl.* deest *πάσῃ*, agnoscit P. (Hic aliquid des huic simile *ἄλλα μεμίγθωσαν, ἃ σὺν* etc. *Longol.*) Ego *πάσῃ τὰ* legendum censeo *ἐπιπαττέτω τὰ*, ut Pisc. cap. Solan.

Ead. l. 5. Ἔναγχος — *πρώην*) Ex hoc loco discim quo tandem tempore patriam post primas peregrinationes viserit *Lucianus.* Neque enim dubium est, quin de red in patriam hic locus sit intelligendus, de quo in Somnio

post peragratas Italiam et Galliam; cum ex Peregr. Morte
ıtcat c. 35. satis fuisse ei temporis ad utramque visendam,
ex Somnio cap. 9. patrem ibi habuisse obviam, constet.
ırte hinc in Ionia circa annum Christi CLXIII. fuisse, li-
ıido constat: quo tempore jam annos ad minimum XII ab-
isse a patria ex Mort. Peregr. c. 35. cum quater Olympia
disset, certum est. Unde proclive est judicare, quae de
ı vita in Somnio habet, consideranti, patriam tunc pri-
ım revisisse. Quod hic ad Chronologiam Lucianeam fe-
iter adstruendam substernendum fuit. Observanda autem
: est vis verbi ἔναγχος, quod recentius quid notat, quam
od mox sequitur, πρώην. Rem unico exemplo illustrabo.
Abdic. c. 2. quod apud judices a se πρώην factum rem sim-
iiter narrans dixerat; cum deinde ad argumenta ventum
, ut pondus rei addat, dum *nuperrime* factum esse ad caus-
ı facere videtur, non jam voce πρώην, ut prius, dum ni-
tale agebatur, sed voce ἐνάγχως utitur cap. 13. cujus vim
t paucis interjectis sequens εὐθὺς eam esse, quam conten-
satis ostendit. Unde jam evicisse mihi satis luculenter
eor, reditum Luciani in patriam flagrante eo bello acci-
e, cum in Graecia jam ejusmodi historias recitari vulgo
ierit, et mox in Ionia ejusdem farinae scripta, ante con-
um id bellum nuperrime viderit. Solan. Achaiam *Wie-*
lius non sensu strictiori, sed totam omnino Hellada, a
ıanis Achaiam dictam, intelligendam esse censet, quum
onatur Ἰωνία. Cui libenter accedo. Sed num ineptum
t, statuere, Lucianum Corinthi concertationibus erudi-
m interfuisse? Postea certe, ubi hominem itinera et
νίαν impudenter fingentem reprehendit, adjecit: καὶ ταῦ-
ορινθίων ἀκουόντων ἀνεγίγνωσκε. c. 29. Rud. Non mo-
ıon ineptum, sed etiam maxime probabile est, Corinthi
ue Lucianum aliquamdiu commoratum esse. Hinc ta-
nihildum sequitur ad *Wielandii* sententiam, quae lin-
usu tum temporis Romanis jam dudum recepto, nititur,
ngendam. Lehm.

Ead. l. 6. Πρώην) Cf. mox cap. 17. pr. et Ver. Hist. I.
. Solan.

Ead l. 9. Ὄρκον ἐντιθέναι] Formulae igitur juran-
uas vocamus, νὴ Δία etc. quae singulis fere paginis le-
ır, jurisjurandi loco non sunt habitae. Rud. In recen-
ı adeo memoria est πρὸς Χαρίτων, formulae jurium ju-
rum numero nullo modo excipienda. Videtur mihi ita-
ıcus colorem habere joci cujusdam, quem tamen ego
enitus perspicio. Lehm.

Ead. l. 10. *Παραπαλῶν*] Ineptum erat exordium proj terea, quoniam poëtae non tam voces et metricum ornatum quam res ipsas a Musis exspectant. Cf. *Hom.* Iliad. *β*, 48 sq. *Virgil.* Aen. I, 12. Musa, mihi *causas* memora. *Ovid.* Arte Amandi I, 25. sq. quum negasset numina sibi auxili fuisse, addit: *usus opus movet hoc*, id quod ad praecepta ips et artes, ut vocat, magis pertinet, quam ad expositionem Facile autem apparet, historicum facta non debere a Mus petere, i. e. fingere, sed a testibus certe fide dignis sumer Rud.

Ead. l. 11. *Παρὰ πόδα*) Recte Angl. Cod. *περί*. Sic Apo log. de Merced. cond. De hoc proverb. *Hesych. Pollux*, *Ca saub.* ad Charact. *Theoph.* Bourd. An conveniens, i. e. *ποδὶ ἁρμόζουσα*; Guyet. *Περὶ πόδα τῇ ἱστ.*) Ex Angl. W. F et L. pro vulgato *παρά*. *Casauboni* (ad *Theophr.* Char. p. m 138.) ulterior emendatio est; nempe *τῇ ἱστορίᾳ*. Certe i Ed. J. cum jota subscripto ultima vox cernitur. Pro Merc Cond. c. 4. Ratio proverbialis istius locutionis a calceis pe tita est, de qua idem *Casaubonus* ibid. Solan. Omnino pro banda lectio *περὶ πόδα*. Acumen in eo inest, quod narra non historiae accommodatum genus dicendi, ipsumque ade exordium, sed historiam ita institutam, ut ea poëticum e fabulosum exordium deceret. *Exordium* est velut pes, cui tanquam calceus accommodetur reliqua inepti scriptoris hi storia. Gesn. Legit igitur *ἡ ἱστορία*. Sed haud scio, an hoc non sit in verbis. Coacta, meo sensu, explicatio! Rud. Et mihi *Gesnerus* nimium in his verbis quaesiisse videtur. Ἱστορία est ipsa inepti istius scriptoris narratio. Jam dici auctor ironice, egregie illud exordium cum ipsa auctoris hi storia convenire. Dativum autem *τῇ ἱστορίᾳ* recte *Reitzius*, auctore *Casaubono* (ad *Theophr.* Char. pag. 49. ed. Fisch. in Comment.) restituit, recteque recentt. Editt. secuti sunt Et quod *Reitzius* refert in J. vocem *ἱστορία* cum jota subscrip to cerni, idem in utraque *Aldina* accidit. Coecam hic admi seris, i. e. plus quam summam, Editorum illorum diligen tiam et fidem! Cum qua si comparaveris hodiernorum quo rundam Criticorum levitatem et audaciam, utros sequi mali vixdum haereas. Lehm.

Ead. l. 13. Ἀχιλλεῖ) *Homer.* Il. *B*, 216. Solan.

Ibid. Ἄργοντα] Lucium Verum, ut videtur. Wesl.

Pag. 183. l. 3. *Εἰ πρόσθεν* etc.) *Homer.* Iliad. *X*, 158. Solan. Si ipsum *Homeri* versum voluit referre *Lucianus*, sic mutandus erit: *Πρόσθε μὲν ἰσθλὸς ἔφυνε, δίωκε δέ μιν μὴ ἀμείνων*. Sed quia sensus vulgatae sanus est, et mutatio n

mia foret, nihil in textu immuto, allusionem tantum, non recitationem, esse credens. Reitz. Ad nobilem hunc cursum allusisse mihi videtur etiam *Plato* Theaetet. pag. 114. T. II. Bip. Quod autem versus Homerici partem attulit, in eo haud parvam vim esse sentio. Docet enim ita, haud recentem esse observationem, quam objecit historico inepte fingenti, sed jam *Homero* notam. Simul apparebat, quanta levitate Homerum perlegisset is, qui exemplis ex eo petitis sua studebat distinguere. Rud.

Ead. l. 5. Ἐπὲρ αὐτοῦ τι ἐγκ.) *Arrianum* imitabatur, qui initio libri de gestis Alexandri se ipsum μάλα φορτικῶς ἐπαινεῖ. La Croze. *Αὐτοῦ*, quod in Edd. hic legebatur, in *αὑτοῦ* mutandum esse, bene monuit *Belinus*. Bip. *Αὐτοῦ* jam reperio in B. 1. 3. et A. 2. Una e veteribus meis Editt., A. 1., quam *Reitzius* interdum, non collatis aliis, secutus est, *αὑτοῦ* exhibet. Lehm.

Ead. l. 9. *Φροιμίου*) Ubi in omnibus aliis editionibus, uti et in hac Salmuriensi, recte legatur *ἐπὶ τέλει τοῦ φροιμίου*, soli Amstelaedamensis editionis procuratores dederunt *προοιμίου*, ignari scilicet, Graecos et *προοίμιον* et *φροίμιον* dicere, et *Lucianum* etiam saepe alibi hoc maluisse. Jens. Nihil variationis hic loci notaverat *Solan.* Cum vero *Jensius* dicat, solam *Amst.* legere *προοιμίου*, ipse Edd. contuli, vidique recte hunc observasse, Edd. vett. habere *φροιμίου*: excepta tamen etiam Parisina, quae aeque ac Amst. *προοιμίου* habet: quod quidem non ideo noto, ut eum redarguam in re nullius momenti, sed ut *Graevianam* editionem, alioqui pessime habitam a typographis et correctoribus, hic excusem, quia suum *προοιμίου* ex *Par.* desumere potuere. Rectius autem hic propter consensum, *φροιμίου* edi certum est, idque aeque Graecum esse atque alterum, vid. apud *Aeschyl.* in Agam. p. 213. et in fragm. *Callim. Bentlejanis*, N. CCXXIII. *Τοῦ τὸ μηθυπλῆγος φροίμιον Ἀντιλόχου.* Reitz.

Ibid. Διαῤῥήδην καὶ σαφῶς] Auget hoc hominis absurditatem, qui aperte profitebatur, quod alii callide tegere studebant. Immo vero hic auctor, quum ne speciem quidem veri scripto suo conciliare studeret, in historicis plane non est numerandus, sed iis fabularum scriptoribus adjiciendus, qui rem ex historia petitam suo modo ornant: quales nostra etiam aetate extiterunt. Rud. Hodienum quoque, spatio quinque et viginti annorum ab hac *Rudolphi* adnotatione interjecto. Sed malunt hodie isti, quae est ipsorum ingenua veracitas, poëtis, quam historicis, accenseri. Lehm.

Ead. l. 12. *Αἴτια ἅμα τῆς τοῦ πολέμου ἀρχῆς διεξιὼν*) Non hae voces notant, *simul et caussas, unde id bellum coepisset, commemorando*, ut vertit *Benedictus* plane ex imitatione *Micylli*, (et vix legas *αἴτια ἀρχῆς*, cum sufficiant *αἴτια πολέμου*) sed *caussas simul principio belli aggrediens*, quod satis patet ex ipsis, quae subjiciuntur excerpta verba. Gron.

Ead. l. 13. *Οὐολόγεσος*) Apud *Xiphilinum* scribitur *Οὐολόγαισος*. V. Adr. 264. B. Anton. 269. B. et 270. C. D. et seqq. In nummis *ΒΟΛΑΓΑΣΗΣ* constanter legi, monet me *Jo. Masson.* Vide *Spanhem.* Solan. *Spanhem.* de usu et praestant. num. T. I. p. 461. sq. Rud.

Pag. 184. l. 2. *Ἀρχὴν*) Sic enim incipit historia *Thucydidis: Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου.* Vides omnia verbotenus ab hoc descripta, praeter ultimam vocem, quae forsan Luciani tempore in Codd. *Thucydidis* eo modo legebatur, quo a Calpurniano scripta est. De *συνέγραψε* pro *ξυνέγραψε Thucydidis* nimis minutum videatur: promiscue ap. *Lucianum* scribitur, neque adeo mutandum, quamvis sequatur *ξυνισταμένου*. Solan. Venustum hujus loci in eo est, quod ab initio scriptorem hunc laudare videtur; sed deinde, quum ad probationem accedit, rem ponit non solum nullius negotii, verum etiam ineptam. Rud.

Ead. l. 3. *Καὶ θυμοῦ τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν*) Quid, oro, *χαρίεντα* cum *θυμώδεσι*; et quis ille *θυμὸς* vel animus Atticus, quem offerunt interpretes? Scribe *χαριεστάτην καὶ θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀπ.* hoc est, *festivissimum et thymum Atticum spirans.* Est enim allusio ironica ad Hymettia mella, et alibi usus est. Mox recte ab *Jac. Micyllo Πομπηΐου πολίτης* redditur *Pompejopolita*, ut cognoscas, errorem unius *Benedicti* non esse tanti, ut ex eo incrementum capere debuerit alter, quem in hac editione annotatum vides, et auctor dissertationum de praestantia numismat. p. 529. Et an non alter alterum inspexit? Gron.

Ibid. Θυμοῦ) *Καὶ τὴν ἀρχὴν ὡς ἐκεῖνος, σὺν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ἤρξατο, χαριεστάτην ἀρχῶν ἁπασῶν, καὶ θυμοῦ τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν.* Interpres: *Cum suo nomine principium duxit, ut ille, festivissimum illud principiorum omnium, animumque Atticum spirans.* Inepte animus Atticus tribuitur exordio. *Lucianus* scripsit, *χαριεστάτην ἀρχῶν ἁπασῶν, καὶ θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν, elegantissimum omnium exordiorum et thymum Atticum redolens*, hoc est, Atticam elegantiam; ut dudum emendandum ostendi in lectionibus *Hesiodeis.* Pe-

tinet huc, quod Philostratus minor lib. 11. εἰκόνων de *Pindaro* prodidit: *Αἱ δὲ εἴσω μέλιτται περιεργάζονται τὸ παιδίον, ἐπιβάλλουσαι τὸ μέλι, καὶ τὰ κέντρα ἀνέλκουσαι, δέει τοῦ ἐγχειρήματος. ἐξ Τμήττου τάχα ἥκουσι, καὶ ἀπὸ τῶν λιπαρῶν καὶ ἀοιδίμων Ἀθηνῶν· καὶ γὰρ τοῦτο οἶμαι αὐτὰς ἐνστάξαι Πινδάρῳ. Quae vero intus apes sunt, infantem curant, labris mel infundentes, aculeosque, ne puerum laedant, contrahentes. Ex Hymetto fortasse veniunt, et pinguibus inclytisque Athenis: hoc enim ipsum, puto, Pindaro instillasse;* mel nimirum Hymettium. Graev. (Immo ipsa haec verba. V. not. nostr. ad 599. C. D. *Solan.*) (*Symmach.* Ep. III. ad Auson. Erat quidem illa Achas salibus conspersa et thymo odorata. *Terentian.* de Metr. p. 2437. n. 9. *Hemst.*) Θύμου recte erat in *Par.* sola. In ipso M. prave θυμοῦ. Solan. Non dubitavi, θύμου praeferre vulgatae, quae θυμοῦ habebat, vertebatque *animum Atticum spirans;* quod nihili est, et ex accentu male posito natum. Herbam autem *thymum* Athenis multum in usu fuisse, vid. Scholiast. ad *Aristophan.* Plut. 253. et 283. apud quem priore loco vertitur *cepa*, et pauperum cibus fuisse ab Schol. traditur: altero vero, *thymus.* At herba *thymus*, quam et hodie *thym* vocamus, multum differt ab cepis. *Thymum* herbam descriptam vid. ap. *Dioscor.* L. III. cap. 37. Ubi *Matthiolus* iam et Graece θύμον vocari notat, et figuram addit: de cepis vero ibi nihil. Nec satis expedit differentiam, immo confusionem hanc, *Salmas.* ad Solin. p. 907. Sed cepas forsan ab animosa acrimonia sic vocatas conjicit, et cum *Hesychio* aliisque Lexicographis fatetur, θύμον saepe *cepas* significare, sed radices herbae *thymi* esui ineptas esse. Ego tamen ad herbam fragrantem *thymum* apud *Lucian.* respici censeo, quo cibos condivere ad gustum atque odorem gratiorem, immo acutiorem, seu stimulantem, ac salivam provocantem, ideoque appetitum, ut vocamus, cientem, quo lectoribus similiter movendam legendi cupiditatem designat. Reitz.

Ead. l. 4. Κρεπέριος) *Tacit.* An. 14, 5. de alio quidem, sed *Creperejus* ibi scribitur, et sane in M. Κρεπέρηος scriptum est. Solan. Κρεπέριος Καλπουρνιανὸς Πομπηϊουπολίτης) Inepte vertitur, *Creperius Calpurnius Pompeji civis*, pro *Pompeiopolita* vel *Pompejoplitanus.* *Lucas Holstenius* in notis ad *Steph.* de urbibus in ΠΟΜΠΗΙΟΝΠΟΛΙΣ. Almel. Quod *Almeov.* monet, id *Micylli* versio, quam *Parisina* Ed. exhibet, jam habebat. Pro Πομπηϊόνπολις autem Πομπηϊούπολις reponendum erit in *Almelovenii* nota, quam ita exhibeo, ut in *Graev.* id. exstat. At posteriore modo scribit *Strabo* L. XII. p. 841. (al. 562.) Error autem *Benedicti* inde ortus, quod in non-

nullis Edd. *Πομπηΐου πολίτης*, disjunctim scriptum, vel duobus tamen accentibus. In *Junt.* vero recte erat, ut dedimus. Reitz. Sic etiam in utraque *Ald.* Vid. *Holsten.* ad *Stephan.* Byz. de urbb. p. 259. b. Lehm.

Ead. l. 5. *Πομπηΐουπολ.*) Duae hujus nominis urbes memorantur: altera in Cilicia, in Paphlagonia altera. De posteriori intelligo. Solan.

Ead. l. 9. *Κερκυραῖον — ῥήτορα*) Armenium oratorem indicare videtur, qui a Romanis auxilium iisdem verbis peteret, quibus Corcyraei apud *Thucydidem* ab Atheniensibus petunt. Vid. *Thucyd.* l. c. et, si lubet, *Pott. κερκυραῖα μάστιξ* 239. Solan. Vid. *Thucyd.* I, 32. adscripserat *Solanus*. Et mox ad v. seq. vid. *Thucyd.* II, 17. Et post tres versus rursum *Thucyd.* II, 48. nempe ad verba: *ἀπὸ Αἰθιοπίας ἤρξατο*. Reitz.

Ead. l. 10. *Νισιβηνοῖς*) Nisibis, prius Antiochia Macedoniae (*Mygdoniae*) dicta, ultra Euphraten sita erat. De hac urbe *Xiphil.* in Traj. 249. et 251. C. et *Spanhem.* 605. Solan. Vid. *Steph.* de urbb. h. v. ibique *Berkel.* et *Holsten.* p. 226. Rud.

Ead. l. 12. *Πελασγικοῦ*) Vid. *Thucyd.* II, 17. qui nefas duxisse Athenienses observat in eo loco quemquam habitare, quem tamen scrupulum necessitas obsidionis exemit. Adde *Plin.* VII, 56. *Paus.* Att. *Plut.* Them. *App.* Mithr. De *μακρ. τειχ.* vid. *Thucyd.* I, 96. 107. II, 13. Solan.

Ead. l. 13. *Λοιμώξαντες*) Vid. infra Alex. c. 36. Reitz.

Ibid. *Ἀπὸ Αἰθιοπίας*) Cur autem ex Aethiopia usque augator ille petierit, aperiet lectus *Thucydides*. (II, 48.) Apud hunc enim initium pestis illius, ex Aethiopia, quae per Aegyptum grassata, ac Libyam, Persarumque imperium, in Athenienses tandem irruit: quod insulsus hic scriptor secutus, contra fidem historiae ad sua tempora transtulerat. Coepit enim Seleuciae; vid. *Capitol.* in Vero c. 8. et in eum locum *Salmasii* notas; et *Amm. Marcell.* Quae res observata Medico summo hujus aetatis *Richardo Mead* persuasit, pestem esse morbum Africanum, qui aliis in regionibus nunquam nascatur, sed ex Aethiopia ad alias gentes, si res recte investigetur, semper per contagium perlatus inveniatur. Vide librum, quem Anglice *de Peste* edidit, Latine etiam in exterorum gratiam in Hollandia excusum. Solan. Duplici ex parte ridiculam fuisse scriptoris hujus agendi rationem, monuit *Wieland.* Rud. Primum scilicet, quod scriptor iste, quo eleganti descriptione auditores suos caperet, Thucydidea descripserit; tum, quod pestem, qua Romani non minus

uam hostes eorum, conflictati sunt, tanquam propriam Nibenorum poenam proposuerit. Lehm.

Pag. 185. l. 1. *Ἐν ἐκείνῃ γε ἔμεινεν*) Hoc quid velit, et quam allide a *Luciano* hic additum sit, haud facile intelliget, cui emporis illius historia menti non obversabitur. Non contitit enim illic pestis, quam vanus ille scriptor in hostes lomanorum solos immiserat, sed a Veri exercitu in Occidenem illata, per Italiam, Germaniam, alias credo etiam Euroae regiones grassata est, teste *Capitolino* in M. Aurel. c. 13. De ea intellige etiam, quae in Alex. leges c. 36. Credo itaque, cum haec scriberet *Lucianus*, coepisse jam apud Romanos pestem illam; indeque factum, ut sic ironicas gratias listorico illi ageret, qui eam tam caute in Mesopotamiae inibus desiisse fecerat. Solan.

Ead. l. 2. *Ἀθηναίους*) Athenienses urbane admodum voat, qui revera Romani erant, quia a *Thucydide* omnia muabatur fatuus ille, apud quem Athenienses moriebantur. Nemo ergo de emendatione cogitet textum depravatura. Solan.

Ead. l. 4. *Ἐπιεικῶς*) *Valde.* Guyet. V. Schol. ad Gall. 23. ubi *ἐπιεικεῖς τινας*, et Parasit. c. 48. Solan. Verum *πιεικῶς Bud.* in Lex. vertit *mediocriter.* Et in *Herodian. πιεικὴς mansuetus, placidus*, vertitur a *Boeclero*; vid. ejus ndicem. Qui igitur haec concordant? Concordant eodem nodo, ut *ἱκανὸς*, quod *sufficiens* notat, ac tamen plerumque ro *multo*, immo et quod modum interdum excedit, accipiur. Sic *ἐπιεικῶς* medio significatu erit, *quod decet, quantum par est*; at si *πολὺς* accedit, *quam multum* significare, nil mirum. De *ἐπιεικὴς* vid. Schol. ad Gall. c. 23. Reitz.

Ead. l. 6. *Ἐντρέψας — οὐ δι' αὐτὴν*) Locus corruptus. Guyet. Hic deest aliquid. Longol. Hic locus asterisco n Ed. *J.* notatur, ut mutilus, credo: quamquam de asterisco nihil monet editor *Antonius Francinus.* V. Pseudol. Ego cere depravatissimum judico. Solan.

Ibid. Τὰ αὐτοῦ ἐκείνου λέγοι τις μικρὰ κἀκεῖνα, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης) Sane perperam *Benedictus* corrupit sententiam hujus loci, vertendo, ac si omnia *Luciani* essent, *ea, quae sunt ipsius, diceret quispiam, parva et illa, ut ipse dixeris etiam*, quae sunt oppido insipida et insulsa. Contra peccavit *Micyllus*, nimium curiose vel potius inepte exprimendo ea, quae tanquam exempla ex *Thucydide* sumta et passim ab illius temporis scriptoribus infulta *Lucianus* producit, in quibus putat quoque esse has ipsas medias voces, cum eae sint meae Lucianeae. Vertebat enim, *ea, quae sunt ipsius illius,*

dixerit quispiam, ut μικρὰ κἀκεῖνα, hoc est, parva et illa, et ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, id est, ut etiam ipse dixeris. Ut debes igitur, intellige, *ista, quae sunt ejus ipsius, dixerit quispiam parva quoque illa, ut ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, οὐ δι' αὐτὴν τὴν Δία, κἀκεῖνα ὀλίγου δεῖν παρέλιπον.* Quae tria sunt frustra imitationis perversae. GRON.

Ead. l. 7. *Ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης*) *Καὶ γὰρ οὖ καὶ τοῦτο ἐπιεικῶς πολὺ νῦν ἐστι, τὸ οἴεσθαι τοῦτο εἶναι τοῖς Θουκυδίδου ὁμοιότατα λέγειν, εἰ ὀλίγον ἐντρέψας, τὰ αὐτὰ ἐκείνου λέγοι τις μικρὰ κἀκεῖνα, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης. οὐ δι' αὐτὴν νὴ Δία, κἀκεῖνα ὀλίγου δεῖν παρέλιπον.* Salmuriensis: *Nam rursus abunde illud suppetit, putare hoc esse Thucydidi similia dicere, si parum reveritus, ea, quae sunt ipsius, diceret quispiam, parva et illa, ut ipse dixeris etiam. Non ob eam caussam per Jovem, et parum abfuit, quin illa praetermiserim.* Ecquid poterat monstrosius? Estne qui intelligat, quid interpres sibi velit. In Graecis verbis nihil est, quod paullo humaniorem moretur. Illorum vero haec est sententia: *Et hoc namque valde frequens nunc est, quod putent Thucydidem egregrie se referre, si paullulum mutatis Thucydideis quis dicat, et illa quidem parva, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης*, hoc est, *ut ipse fatearis. Et ista, per Jovem, parum abest, quin omiserim.* Est hoc genus loquendi, *ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, Thucydidi* frequens, quod illi stulti imitatores, servum pecus, saepius inculcabant, aliaque, paucis immutatis, quod et avorum nostrorum memoria in illis, qui Ciceroniani volebant videri, non raro fuit exagitatum ab iis, qui veram Ciceronis imitandi rationem tenebant. GRAEV. *Quinctilianus* hunc locum explicet. Inst. X. §. 21. *Accidit iis, qui, quidquid apud illos* (summos viros) repererunt, *dicendi legem putant, ut deteriora imitentur* (*id enim est facilius,*) *ac se abunde similes putent, si vitia magnorum consequantur.* RUD.

Pag. 186. l. 4. *Πλὴν ἀλλὰ μετρ.*) Prava versione pervertit interpres omnem horum verborum elegantiam juxta et sensum, *πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ὢν, οἷος ἦν, ἄλλῳ δέ τινι χαριέντι, καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι πεπονηκώς*, reddens, *verum modestior est hic privatus, qui qualis sit, statim apparuit, atque alteri cuipiam, qui sit gratus, et historiam possit aggredi, materiam suministravit.* Praeterquam quod *χαρίεις* hic non est *gratus*, sed *doctus, politus*, ut ad hunc locum animadvertit *Gravius*, *χαριέστατος, ἦν* in hac periodo non *est*, nec *sit*, sed *esset vel foret*, vertendum fuit, ut saepe: vide sis, quae supra lib. I c. 4. (Lectionum Lucianearum, i. e. ad Timon. c. 9.) notav

rimus. Caeterum dixerat Noster, inter alios, quos malos viderit historicos, fuisse, qui nudam, sterilem, et exilem corrasisset rerum farraginem, stylo pedestri, humi repente; non secus quam si miles quidam, quae singulis diebus geranur, annotans, ea composuisset; vel faber, vel lixa castra sequens. *Nisi quod* (sic verto, quae porro Noster ait) *melius nodum teneret rudis ille et impolitus, qui statim, qualis esset, cognosci posset, quique impendisset hunc laborem, eum ornandum laturus alii cuipiam polito ac erudito, et ad conscribendam historiam satis docto viro.* Sic locus hic intelligendus, pro vulgato πεπονηκὼς ex *Graevii* MS. προπεπονηκὼς lecto, verbo huic l. ut recte vir cl. judicat, convenientissimo. Verbum προπονέω habet quidem *H. Stephanus*, nempe in Thesauri Appendice; sed qualia ibi multa, nulla auctoritate subnixum: quod mirum, cum non modo hic in MS. verum etiam quater alibi *Lucianus* id usurpet: nimirum in Vitar. Auctione c. 23. in de Gymnasiis c. 9. et 26. f. ac in Rhetorum praeceptis c. 8. Huc pertinet πρόπονος, quod ab *Hesychio* exponitur εὐκρατὴς, ὕφημος, πρόχειρος, ἕτοιμος, ἀνεμπόδιστος. Sed perperam in *Hesychio* scribitur πρόπωνα pro πρόπονα. Jens. *Jensiana* ratio, Imperfectum ἦν explicandi, nihil habet, quo commendetur. Neque eam recentiorum Interpretum ullus est secutus. Imo plane indicative haec verba sumenda esse, vel illud, quod modo praecessit, γυμνὸν satis ostendit. Nuda erat ejus narratio, omnisque ornatus expers, ita ut facile, qualis esset, agnosci posset auctor idiota. Lehm.

Ead. l. 5. Χαριέντι) De illo, qui nudos belli illius commentarios ediderat, perinde ac si nauta aut caupo annotasset, quae in castris essent gesta: πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ὢν, οἷος ἦν, ἄλλῳ δέ τινι χαριέντι, καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι πεπονημένως. Interpres: *Verum modestior est hic privatus, qui qualis sit, statim apparuit, atque alteri cuipiam, qui sit gratus, et historiam possit aggredi, materiam subministravit.* Num ὁ χαρίεις est gratus? nugae. Οἱ χαριέντες Graecis sunt homines docti, politi, elegantiore doctrina exculti. Sic οἱ χαριέντες apud *Aristotelem* frequenter opponuntur τοῖς πολλοῖς, plebi, sive indoctis, idiotis. Οἱ χαριέστατοι τῶν ἰατρῶν apud *Nostrum* alibi, *doctissimi Medicorum.* Dein pro πεπονηκὼς legendum ex Ms. προπεπονηκὼς, eleganter. Sic igitur hunc locum verte: *Verum modestior est hic ineruditus scriptor, qui statim, qui sit, ostendit,* (sive, *cur sic scripserit, prodit*) *alii doctiori, et qui par sit historiae scribendae, materiam praebuit.* Quod et *Ciceronem*, in commentario sui consulatus, et *Julium Caesarem*

in commentariis de bello Gallico et civili secutos esse, veteres referunt. *Προπονεῖν* est eleganter in alicujus gratiam laborare, operam alicui rei navare alterius commodo, *Iemand voor arbeiden*, ut eodem modo loquuntur Germani et Belgae: quae notio hujus vocis a Lexicorum scriptoribus non fuit observata. Paullo post Tragicam inscriptionem librorum vocat, plenam tumoris, et fastus, cum quis magnifica nomina sibi et libro imponit. *Τοῦτο μόνον ἠτιασάμην αὐτοῦ, ὅτι οὐτως ἐπέγραψε τὰ βιβλία τραγικώτερον, ἢ κατὰ τὴν τῶν συγγραμμάτων τύχην, Καλλιμόρφου ἰατροῦ τῆς τῶν Κοντοφόρων ἕκτης ἱστοριῶν Παρθικῶν.* Tragicam inscriptionem vocat, quod suo nomini *Καλλιμόρφου* adjecerit *ἰατροῦ τῆς τῶν Κοντοφόρων ἕκτης*, quia hoc et a veterum consuetudine est alienum, et fastum prae se fert quendam tragicum, hoc est, qualis regibus in Tragoediis tribuitur. Inde illud Satyrici: *Grande Sophocleo bacchatur carmen hiatu.* Sic inferius c. 23. *Καὶ μὴν καὶ ἄλλους ἴδοις ἂν τὰ μὲν προοίμια λαμπρὰ, καὶ τραγικὰ, καὶ ὑπερβολὴν μακρὰ γράφοντας, at vero alios etiam reperias, qui prooemia splendida, tragica, et summopere prolixa scribant.* Quid si Lucianus vixisset nostro tempore, et vidisset et inscriptiones librorum portentosas, nihil non grandibus verbis promittentes, et auctorum magnifica nomina, non uno versu contenta, ut miser Callimorphus prae his sit modestissimus, quantum nigri salis illi fuisset perdendum, ad hanc insaniam emendandam? Cum dicit *κοντοφόρων τῆς ἕκτης*, subauditur *τάξεως*, centuriae sextae hastatorum medicus. *Τάξις* est centuria, ut *ordo* apud Latinos. Hinc *ordinis ductor* centurio. *Justin. Ordines nemo, nisi sexagenarius, duxit.* Duae *τάξεις* erant *σύνταγμα*, hoc est, manipulus: *τάξις* non est legio, ut Latinus cepit interpres. Graev. *Junt. Χαρίεν-τι*, quod solet saepe, ut paullo supra *ἐν-τρέψας*, et infra, *οὐκ οἶ-δ'* pro *οἶδα*, item *οἶ-α* pro *οἶα*. Nec tamen est suspicio, eam totiens unum vocabulum in duo dispescere voluisse. De significatu voc. *χαρίεις*, pro *erudito*, confer infra Mort. Peregr. c. 39. *Εἰ μὲν οὖν ἴδοιμί τινα χαριέντα·* ubi eodem significatu, quem *Graev.* hic ostendit. Reitz. Quae de voce *τραγικώτερον* proposuit *Graevius*, ea *Rudolpho μικρολογία* esse videntur. Vult potius reprehendi istum ob magnificum *ῥήσεως* sonum, qui ad tragicum prope accedat. Haec ratio quid a *Graevian* differat, non video. Aut si differt, illa melius rem tetigit. Quid sit *tragica* dicendi ratio, discas e Necyomantiae principio, ubi Menippo varia *Euripidea* cum magnifica quadam gravitate (mit vornehmer Steifheit und Abgemessenheit) declamanti tandem Philonides acclamat: *Παῦσαι, μακάριε, τῆς*

δῶν, καὶ λέγε οὕτωσί πως ἁπλῶς. Desiderabat itaque h. l. ucianus tituli simplicitatem, τὸ οὕτωσί πως ἁπλῶς λέγειν. LEHM.

Ead. l. 6. *Προπεπονηκὼς*) G. W. et P. In impr. πεπονηκώς. SOLAN.

Ead. l. 9. *Ἰατροῦ τῆς τῶν κοντοφόρων ἕκτης*) Interpretanir, *medici hastatorum legionis sextae;* quam quidem interpretationem rejicit ordo, seriesque et positio articulorum, quae mnino alia esse debebat. Tum in Pseudomanti occurrunt oces illae, *στρατιώτας δύὸ λογχοφόρον καὶ κοντοφόρον.* Cuerem ex illis scire, quinam ex his accederet ad hastatos? t ibi *Benedictus* ex *Erasmo, alterum lancea, alterum conto arnatum,* non hasta. Quod me attinet, opinarer rectius verti osse ex Inscriptionibus, quas video exstare, *Dianae. T. Fl. Flaccus. praef. alae. Ulp. contariorum;* vel *Dianae. sacravit. T. Fl. Italicus. praef. alae.* 1. *Ulp. contar.* c. X. Sic optime verba Graeca nostri auctoris intelligi possunt, *medici sextae contariorum,* nempe alae. GRON. Malo *legionem* intelligere, donec *Centuriae* cuique Medicum assignatum ostendatur. *Cohortem* tamen alii malunt, quia nullibi *Legionis hastatorum* mentio fit, inter quos vir doctiss. *L. Faye.* Certe τάγμα Graecis ejus aetatis et *Luciano* ipsi Legio est, infra c. 31. SOLAN.

Pag. 187. l. 1. *Ἰητρεῖην*) Consule *Hippocr.* qui *ἰητρὸς* et *ἰητρεῖην*, ni fallor, habet. Cum enim insulsus iste a vulgata loquendi consuetudine in hisce recesserit, et ad magistri Hippocratis dialectum se converterit, sic scripsisse, uti Hippocrates scripserat, necesse est; quod et in reliquis vocibus a *Luciano* hic allatis observatur. Noster tamen *ἰητρικὴν*, non *ἰητρείην*, cum Ionice scribit, vocat. Vid. De Dea Syr. c. 18. SOLAN. Quod *Solanus* non conjecit, sed recte vidit, Ionica dialecto hoc vocab. scribendum, id adeo verum est, ut Ms. ne quidem indigeamus: quare id invitis Edd. recepi. REITZ. Secuti sunt recentiores. Et vere sic jam A. 2. ediderat. LEHM. *Ἰατρικὴ Plut.* de Educ. IX, 5. *ἰάτρευσις Plato* de Republ. II. p. 421. D. Lugd. *Aristot.* Phys. II. t. 14. III. t. 7. *ἰητρείη* enim per se ambiguum. — *Wielandius* cum *Solano* haec ad *Hippocratis* imitationem refert. Sed potuit etiam sequi *Herodotum.* RUD.

Ead. l. 3. *Εἰ δέ με δεῖ*] Plurimum venustatis et irrisionis habet hic locus. Hoc unum breviter dicam: dubitat, *εἰ δέ με δεῖ*· nam σοφὸς, ut consentaneum est, in stultis non debebat numerari. Erat tamen. RUD.

Ead. l. 7. *Συνηρώτησε τοὺς ἀναγιγνώσκοντας*) Dialectice cum lectoribus dissertavit; ut eis pauca, *ἀλλὰ συνηρωτημένα*

καὶ συνηγμένα κἀκεῖνα. Sed dialectica interrogata collectaque etiam illa. MARCIL.

Ead. l. 8. Ὡς μόνῳ τῷ σοφῷ] Videtur is quidem fuisse εἷς τῶν ἀπὸ στοᾶς, qui alibi etiam maxime ludibrio sunt auctori. Varia isti paradoxa jactabant, similem colorem habentia; dialecticae rogationes vero nos in eandem sententiam ducunt. Ceterum bene nobiscum actum videtur, quod vita jam functus est Lucianus. RUD.

Ead. l. 10. Συνηρώτητο αὐτῷ τὸ πρ.] Comica irrisio, quae in hac formula latet, contemtum simul significante: vereor, ne vernacula lingua non possit reddi. RUD. Impeditum textus vulgati sensum feliciter expedivit *Gesneri* solertia, qui ita vertit, ut post vocem προοίμιον majorem cogitaret distinctionem positam, quae etiam vere in A. 2 posita legitur. Recte itaque textum sic mutavit *Schmiederus*. Praeterea tamen etiam particula καὶ ante verba τὸ τῆς κολακείας excidisse videtur, ut *Jacobsius* conjecit; qui Vir politissimus etiam verbum συνηρώτητο explicat: non tam per *quaestiones*, quam *per syllogismos compositum erat*. De quo quidem verbi ἐρωτᾶν usu adire jubemur *Schweighaeuserum* ad *Epictet.* Diss. Tom. II. P. I. p. 509. Unde et in versione id indicare placuit. LEHM.

Ead. l. 11. Ἐγκώμια φορτικά) Scil. *Lucii Veri*, qui laudibus eximiis tam erat indignus, ut potius graviter esset reprehendendus. Cf. *Wieland.* RUD.

Pag. 188. l. 6. Ἢ αὐτὸν εἰπεῖν) Facessat illud μᾶλλον, quod *Pell.* intrudit, in aliis Codd. et Edd. autem rectius abest, cum satis per se elliptice intelligi soleat, ut in Evang. *Luc.* XVIII, 14. κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἢ ἐκεῖνος. Ad quae verba plura *L. Bos.* Conf. nos supra ad Dial. pro Laps. c. 12. ubi μᾶλλον etiam post ὅσον omitti solere notavimus, et forsan pluribus indicabimus infr. ad Gall. c. 18. REITZ. Cf. *Gesner.* ad Jov. Conf. c. 7. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 528. LEHM.

Ead. l. 7. Ἀμνημονεῦσαι) Citatur e *Laërtio* τὸ ἀμνημονεύειν. GUYET. Ἀμνημονεύειν eodem sensu dixit *Laërt.* quod ego ad *Laërtium* observavi. *Immemoria* similiter pro oblivione usurpavit *Papinianus* l. 44. de acquirenda vel amittenda possessione: *peregre profecturus pecuniam in terra, custodiae causa, condiderat: cum reversus locum thesauri immemoria non repeteret, an desisset pecuniam possidere.* MENAG. Ἀμνημονεῦσαι non oblivionem hic significat, ut viro summo visum. Sed verti necessario, uti fecimus, debet. V. De Salt. c. 20. ubi quidem ἀμνημονέω est, ut et apud *Thucyd.* III, 40. At hic

ɔud *Lucianum* eodem modo usurpatum vides *ἀμνημονεύω*. ı W. tamen *ἀμνημονῆσαι* legitur. Solan. Et unice quidem ɔcte. Vitiosam enim formam esse *ἀμνημονεύειν*, inter bo-ae frugi Grammaticos jam constat. Vid. *Schneider.* Lex. h. . et *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 566. Lehm.

Ead. l. 8. *Ἔρχομαι ἐρέων περὶ Ῥωμαίων*) Vid. *Herodot.* I, . et II, 161. Solan. Pertinebant haec adnotata ad verba ιε γὰρ etc. Vid. *Wesseling.* ad *Herodot.* I, 8. Rud.

Ead. l. 10. *Ὀσρόης*) De hoc vid. not. *Solani* cap. *seq.* ɪeitz.

Ead. l. 11. *Ὅμοιος*) Ante hanc dictionem est *οὐχ* in Angl. ɔod. mendose. Bourd. *Οὐχ ὁμ.*) A. et P. In impressis nil. Forsan scripserat Lucianus, *ὡς ὁμ.* quod eodem redit, ɔt facile a librario post *ὁρᾷς* omissum fuerit. Solan. Non ta absurda est lectio Codd. *οὐχ* inserentium, ut *Bourd.* pro-untiat, potest enim interrogandi more accipi: nam vulgata iiat. Sed malim *ὡς ὅμοιος* legere, formula in his usitatissi-ɔa. Reitz. Minime hiat vulgata, sed convenit potius fa-niliari loquendi rationi, qua *ὡς* omittitur post *ὁρᾷς*. Sic ɔharon. c. 7. *Ὁρᾷς, ὀνειδιστικὸν τοῦτο ἐς τὴν τέχνην*, et simi-iter alibi centies. Lehm.

Pag. 189. l. 5. *Ἀλεξίκακος*] Vox Homerica. Iliad. *κ*, 20. ubi Schol. *ἀποτρεπτικὸς τῶν κακῶν*. Rud. In explicando ɔoc loco in diversas partes abierunt interpretes. *Micyllus* quidem, a vulgari vett. Editionum, eaque ineptissima, leo-ɪione et interpunctione hac: — *ᾤετο. τὸ δὲ ἐς ἐχθρῶν* etc. quam etiam *Schmiederus* repetiit, profectus, ita vertit: *Illud autem in inimicorum capita vertat malorum averruncator Hercu-les;* tanquam haec imprecatio sit *Luciani.* Melius haud dubie alii verba: *ἐς ἐχθρῶν — τρέψειε* pro exclamatione habent, frigido illi scriptori tribuenda. Verum neque hi inter se plane consentiunt. Verba enim, *καὶ ἰσχυρότατον, ὡς ᾤετο*, aut conjungunt cum antecedentibus, ut *Belinus*, qui reddit: — *après avoir décrit avec beaucoup de force et de clarté, du moins à ce qu'il pense;* quae quidem ratio cum *Reitziano* textu congruit, ubi colo post *ᾤετο* collocato deinceps haec sequun-tur: *τὸ δὲ, ἐς ἐχθρῶν* etc. aut, ut *Gesnerus* et *Wielandius*, ad posteriora referunt, ut *validissimum*, ex *ipsius scriptoris* istius sententia, cogitandum sit *effatum*, quod statim sequi-tur. Idque recte, ut mihi quidem videtur. Nam exclama-tio Luciani: *τοσαύτη ψυχρότης* etc. vix aliquem sensum ha-bet, nisi referatur ad *affectatam* illam orationis *vim*, quam iste scriptor inepte in inepta imprecatione quaesivit. Verum sic jam textus ipse paullulum mutetur necesse est: pro colo

post ὥετο comma restituendum, et pro τὸ δὲ una voce τόδε re scribendum. Et omnia bene habent, clementissima via. E ipsum Participium ἑρμηνεύσας, alias non sine magna offe sione absolute positum, nunc cohaeret cum verbo finito, quo quum saepissime omitti soleat, facile cogitari potest, ἔφη LEHM.

Ead. l. 8. *Γοργὼν ἐπὶ τοῦ ὀμφαλοῦ*) Ex initio Iliad. Δ ubi Agamemnonis clypeus sic describitur. GRAEV. Vid. *Homer.* Il. *Δ*, 36. et *E*, 741. SOLAN. Quum autem Homerus etiam Achillis arma descripsisset, consentaneum erat quam maxime, id etiam ab historico fieri *ἀοιδίμῳ ἐπὶ λόγων δυνάμει*. RUD.

Ead. l. 9. *Καὶ ζώνη ἰριοειδὴς*) Angl. *ἰροειδής*. BOTH. Ms. *ἠεροειδής*, male; vide *Hom.* Il. *Δ*. v. 27. GRAEV. L. e Ed. J. *ἠεροειδὴς*, P. *ἰεροειδὴς*· corrupte omnes. M. et Ed. reliquae, ut edi curavimus. SOLAN. Cum propter variationis multitudinem editionum notas admodum perplexe notasset *Solanus*, ipsas denuo consului, et quinque priores sic, ut edidi, habere deprehendi, cumque id firmetur ex *Homero* Iliad. *Δ*, 27. ubi post memoratos eosdem colores, etiam sequitur, *ἑκάτερθ' ἴριδσιν ἐοικότες*, nihil jam moror cèterorum Codd. varietates. REITZ. Ad vocem *ὀφθαλμοὶ* notat *Rudolphus:* „Talia ne apud Homerum quidem. vid. l. l." LEHM.

Ead. l. 11. *Ἀναξυρὶς*) Vid. *Spanh.* 538. qui in nummis ea femoralia exhibet. De his *Brissonius* aliisque passim; vide, si lubet, not. ad *Philostr.* p. 34. SOLAN.

Ead. l. 13. *Ὀσρόου κ.*) Hujus jam supra nomen vidimus cap. 18. Vid. et c. 21. unde patet, ducem eum fuisse exercitus, a quo fusus est Severianus. Nam quod fugientem hic audis, debetur hoc vanitati scriptoris. De coma Parthorum vid. *Spanhem.* 450. SOLAN. Petitae fortasse fuerunt hae descriptiones, ut etiam sequentia, ubi *κιττοῦ, καὶ μυρρίνης, καὶ δάφνης* fit mentio, e poëtis amatoriis. Haec ipsa fortasse e descriptione Leandri. RUD.

Ibid. Τίγρητα) Conf. hoc Dial. c. 30. SOLAN.

Ead. l. 14. *Κιττοῦ*) *Κιττοῦ, καὶ μυρρίνης, καὶ δάφνης, ἐς ταυτὸ συμπεφυκότων.* Interpr. *hedera, myrto, lauroque, quae eodem loco creverant.* Sed voluit haud dubie *Lucianus*, frondes earum arborum se invicem attigisse, implicitas fuisse, et in unum quasi coaluisse. VITRING.

Pag. 190. l. 3. *Γὰρ*) Mallem *γοῦν*. SOLAN. Non intellexit scilicet *Solanus* aut particulae *γὰρ* potestatem, aut harum enuntiationum nexum genuinum. Ceterum ad verba antecedentia *ᾠδειμέν τι*, quae in Ed. *Reitz.* per errorem scrip-

sunt ἤδει μέν τι, juste explenda requirebatur particula , quam post οὐκ excidisse credo; praesertim quum ea a quenti syllaba facile potuerit absorberi; cf. simile exemum in Hermot. cap. 29. et quum insuper in lectione Cod. 154. οὐκ ἄν εὖ satis clara hujus omissionis vestigia appareit. Lehm.

Ead. l. 7. *Νεοπλούτῳ*) Sic supra Tim. c. 5. et non semel ibi. (ex divisione *Solani:* quare suspicor, jam esse cap. 7. el 8. quod quaesitum irem, si esset tanti.) Solan. Est c. ubi de voce νεόπλουτος vid. Adnot. Lehm.

Ead. l. 11. *Ταρίχου*) Salsamenta enim, uti et ἔντος, teniorum cibus. Unde proverbium ταρίχους ἀξιώτερον, quo sus est *Aristoph.* in Vespis. Vide etiam *Theophr.* Char. π. γροικίας. Solan.

Pag. 191. l. 3. *Πρίσκου*) Bellum hic in Armenia gessit, uod captis ab eo Artaxatis an. Christ. 164. confectum est. V. apitol. in M. Aurelio c. 8. Statius Priscus. Solan.

Ibid. Ἑπτὰ καὶ ὀκτὼ) Angl. εἴκοσι. Bourd. Ἑπτὰ καὶ εἴκοσι A. G. M. P. et L. In impressis omnibus pro εἴκοσι lebatur ὀκτώ. Solan. Mendacium hoc tam ineptum est, ut d aliam interpretationem facile aliquis adduci possit. In ientem venire potest, non fidei sed sermonis id vitium fuise, ut etiam antecedens. Nam si ibi ad αὐτίκα, quod ex afectatione aliqua addi potuit, non respiciatur; hic vero adlantur cogitatione, qui imperatoris seu ducis jussum sequeantur, militum conatus et impetus: facile facti ratio appaebit. Tali modo inepta esset descriptio celeritatis victoriae eportatae. Sed hoc interpretationis beneficium hic male ollocaretur. nam quum XXVII tantum clamore solo mortuos sse dicat, caesorum numerum vero postea separatim addat: ab ineptiis istis vix potest liberari scriptor ineptus. Rud.

Ead. l. 4. Ἐξέθανον) Procul dubio recte Ms. Angl. et noster, καὶ ὡς ἐμβοήσαντος μόνον Πρίσκου τοῦ στρατηγοῦ, ἑπτὰ καὶ εἴκοσι τῶν πολεμίων ἀπέθανον, aut, ut meus liber, ἐξέθανον. Sic mox iidem Codices Κρόνιον, non Κρόνον. Illo enim exprimere Graece voluit *Saturninum.* Κρόνος enim non *Saturninus*, sed *Saturnus.* Graev. Ἐξέθανον praeter Ms. Gr. etiam M. In reliquis ἀπέθανον. Solan.

Ead. l. 5. Ἀρχόντων ἐπιστολαῖς) Quas epistolas intelligat, haud facile dixerit. Sed tum ex phrasi τῶν ἀρχόντων, tum ex historia, quae memorat, Lucium Verum, dum bellum illud gerebatur, sedisse Antiochiae, proclive est suspicari de literis Prisci et Cassii ad Imperatorem L. Verum intelli-

gendum esse, quas vulgaverint Imperatores, ut tanta victo ria innotesceret. SOLAN.

Ead. l. 6. *Εὐρώπῳ*) Urbs est Mediae, inquit *Palmerius*. In tabulis Geographicis cis Euphratem, in Cyrrhestica pon tur. SOLAN. *Εὔρωπος πόλις Μακεδονίας, — ἔστι καὶ Συρία ἄλλη· τὸ ἐθνικὸν, Εὐρωπαῖος. Ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας, ἣν Ἰδρι δα ἀπὸ Ἴδριος τοῦ Χρυσάορος* etc. *Steph. Byz.* de Urbib. vi *Abr. Berkel.* p. 363. sq. RUD.

Ead. l. 7. *Μυριάδας ἑπτὰ*) Cum conjungi etiam possit ad ultimam numerorum classem constituendam τριάκοντα κ ἓξ, orietur numerus modestior 70236. Sed qui mentiuntur tales minutias non curant. Mendacia, ut illa Ictorum fav rabilia, sunt laxae interpretationis. GESN. Modestiorem n merum elegit *Wieland.* Nimiam tamen modestiam affing homini mendaci *Belinus*, vertens: *sept mille deux cents trei — six.* Myriadas itaque pro singulis millibus cepit, sat parce. Maximum numerum juxta ac *Gesnerus* praetulerat e iam *Micyllus.* Neque id ego improbaverim. LEHM.

Ead. l. 8. *Ἐννία*) Angl. *oz.* BOUAD.

Ead. l. 10. *Οὐ μικρὸν ὄν*] Propterea nimirum, qu niam ita fit nominum confusio, et discrepantia. Haud ass quor cur *Wielandus* verterit: *Wiewohl es nur eine Kleinig ist.* RUD.

Ibid. Τπὲρ) Flor. *ὑπό.* BOUAD. Τπὸ M. P. L. et E *Fl.* Reliquae *ὑπέρ.* SOLAN.

Ead. l. 13. *Κρόνον*) Angl. *Κρόνιον.* BOUAD. Κρόνι habet etiam P. L. et Ed. J. W. vero *Κρόνειον.* Libellum *morte Peregrini* amico inscribit, cui hoc nominis erat. Ca putes, hunc fuisse *Saturninum.* Exstat etiam nomen hoc apu *Plutarchum* in Mario. *Frontonem* quod attinet, fuit quida *Fronto* philosophus, M. Aurelii praeceptor. V. *Xiph.* su finem M. Antonini, et M. Antoninum ipsum I, 11. Vid etiam *Xiphil.* in Adrian. 265. D. de Corn. Frontone, Juris consulto insigni. Sed hi omnes nihil ad historiam illam, fallor. SOLAN.

Pag. 192. l. 2. *Σεβηριανοῦ*) Hoc nomen, ut et seque Osroës, paullo aliter in Alex. c. 27. efferuntur, ita tamen ut facile eosdem homines agnoscas. Apud *Xiphilinum* (Nostrum infra) *Σεβηριανός.* In Adrian. 265. A. bis, et vide et 268. ubi caedes ejus narratur, cum nonagenarius e set, tantaeque virtutis, ut a Trajano imperio dignus pronu tiatus fuerit. Patrem Luciani fuisse credo. Sed alio in l cō (257. A.) aliter idem, nempe *Σερουιανός.* Sed hic a n stro diversus, de quo vide in M. Aur. 270. C. ubi *Σεβηριαν*

hitur; et *Ἐλέγεια* dicitur Armeniae locus, in quo circumtus Romanorum exercitus internecioni totus datus est. *Σευηριανὸς* ubique. J. Ed. et aliae nonnullae hic et mox am *Σεβεριανὸς*, quae cum deinde *Σεβηρ*— recte scribant, et hic recte scribi curavimus, uti ante nos *B.* 2. et *Benetus* fecerant. *Severianus* autem hic Gallus dicitur a Nostro x. c. 27. Armeniamque invasurus Alexandri oraculum isuluit, quo responso, quove exitu, ibidem disces. Solan. *Ead.* l. 3. *Ξίφει*] Ambiguum est. Nec inde potest disutrum a Parthis sit interfectus, an se ipse vita privave– Si quis solos legat locos in Alex. c. 27. et *Xiphilino*, is n putabit a Parthis esse leto datum. *Τὸ πάθος ἐκεῖνο πᾶν* aetur esse omnis iste casus, omnia, quae Severiano et exitui acciderunt. Rud. Rectius ob sequentia intelligitur veriani mors, hujusque, quae forte erant, caussae, vel rbus, vel vulnus, vel inedia etc. ut sensus sit: Imprupter ille finxit Severianum inedia esse absumtum, quum er pugnam et mortem ejus trium tantum dierum spatium ercesserit, nimis illud arctum in hunc finem, quum homi- fere etiam septem dierum inediam perferre valeant. Maetiam hic sensus inclarescit, si, duce Cod. 2954., cum *lino* et *Schmiedero* pro *ἐκεῖνο* legeris *ἐκείνῳ*, quod ob majoa syntaxeos facilitatem a librariis in illud mutatum credo. HM.

Ead. l. 9. *Σεβηριανὸς*) *Σεβηριανὸς λιμῷ* (non *λίμῳ*, ut in animadv. *L. Bos*) *ἀπόληται, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπήγαγε τῆς ἑβδόμης*. Sensus verborum est: *Severianum intra trium mortuum fuisse, cum inediam ad septimum usque diem perant plerique; nisi si quis adstitisse putet Osroën, et exspectasdonec fame enectus esset Severianus, et propterea eum non duxisse vitam per hebdomada.* Interpres postrema sic redlerat: *et ob hoc eum per septem dies in aciem non eduxisse.* rum hoc denotare *ἐπάγειν*, unde didicerit ille, nescio. Est *γειν* hic absolute positum pro *ἐπάγειν τὸν βίον*, h. e. *insugere vitam, producere vitam*, quemadmodum *ἄγειν* et *διάsolute* etiam usurpatur sine voce *βίον*. Haec in ani- s. p. 63. L. Bos.

l. Ἐπήγαγε) Recte quidem *L. Bos* hoc verbum modo ; non tamen est, quod adeo praecise neget, id quoiem educere significare posse: nam *ἐπάγω* et *προσάcis* expeditionibus frequens, pro *irruo*, *induco exhostem*; adeoque non ita longe abludit ab *educere* Dixi, credo, de hoc significatu, ex *Arrian.* Exp. 6. etc. ad Hermot. c. 68. Verum ideo nihilo mi-

nus versio pristina erat absurda; quare eam mutavi. Reit
Etsi concedendum esse arbitror, sententiam inprimis vent
stam et Luciano dignam habendam esse, si quis cum *Wiela*
do h. l. vertat: *Man müsste denn nur sagen wollen: Osroës ha*
vor ihm gestanden, und gewartet, bis Severianus verhungert se
würde; und dieser, um ihn nicht so lange warten zu lassen, s
aus Höflichkeit um vier Tage früher Hungers gestorben als so
gewöhnlich ist: tamen vereor, ne hoc non sit in verbis. O
roës enim est subjectum, ut dicunt, primarium, ad qu
etiam illud ἐπήγαγε est referendum. Si scripsisset aucto
καὶ ὡς διὰ τοῦτο οὗτος οὐκ ἐπήγαγε, libenter hanc explicati
nem admitterem. Sed ἐπάγειν mihi est: *impetum facere.* Re
Adsentior *Rudolpho* et *Belino*, qui eandem hanc explicati
nem contra *Lambertum Bos*, *Reitzium*, *Gesnerum* et se quoq
ipsum, in versione contra statuentem, in nota critica,
ultimo Tomo proposita, tuetur. Vim autem *irruendi in h*
stes verbo ἐπάγειν inesse posse immerito negavit *L. Bos.* V
Schweighaeus. Lexic. Polyb. s. h. v. Lehm.

Ead. l. 10. Διὰ τῆς ἑβδόμης) Sic apud *Athen.* 301. A. δ
δωδεκάτης. V. *Casaub.* et II, 15. Solan. Vertunt: *per he*
domada, aut; *per septem dies;* quum potius e linguae legib
vertendum sit: *post septimum diem;* aut: *septimo quoque d*
Sed sit h. l. numerale ordinale ita positum, ut reliqua sint
cedentia cardinalia simul includat, ut sensus sit: *sex dies*
ne septimum, aut *ne septimo, quidem:* tamen valde languet h
locus, nisi tanta cum venustate transformetur, ut a *Wiel*
do factum est; omnino vero, si hae voculae deleantur, n
hil ad sententiam absolvendam deerit. Rud. in Praef. De
ret sic sententiae momentum. Διὰ τῆς ἑβδόμης est *usque*
septimum diem, ut διὰ τέλους, *assidue usque ad finem.* P
Sophist. Tom. II. pag. 31. *Stallb.* Παρμενίδης ὁ μέγας πα
ἡμῖν οὗσιν ἀρχόμενός τε καὶ διὰ τέλους τοῦτο ἀπεμαρτύρατο.
Xenophonte congessit exempla *Sturz.* Lex. Xenoph. Tom. I
p. 275. Lehm.

Pag. 193. l. 2. Ἐλέλιξε) Ἐλέλιξε δὲ μηχανὴ, et τὸ τεῖχος
πεσὸν μεγάλως ἐδούπησε, ut et sequentia, sunt verba *Ha*
rica. Graev. Vide Iliad. Δ, 530. μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυ
Solan.

Ead. l. 3. Ἐδούπησε) Voce δοῦπος utitur *Xen.* p. 1
35. Sed nullibi, credo, verbo, praesertim cum μεγάλως
Vox. *Homero* familiaris. Il. Δ, 504. Et ad quae paullo p
sequuntur, conf. eundem Il. B, 210. et B, 3. Solan. I
cus *Xenophontis* est in Anab. II, 3, 19. Weisk. Verum et
bum occurrit apud eundem ibid. I, 8, 18. de strepitu armo

ıte pugnam, qua in re solenne esse vocabulum docet *Pollux* 163. De muris autem collabentibus insolentius videtur fuis-. LEHM.

Ead. l. 4. *Ἔδεσσα*) Edessea Arabiae civitas, antea Anochia dicta, ut scribit *Plin.* V. c. 24. COGN. Olim Antioıia ad *Καλλιροὴν* dicta. V. *Plin.* V, 24. et *Spanh.* 602. SoAN. *Πόλις Συρίας, διὰ τὴν τῶν ὑδάτων ῥύμην οὕτω κληθεῖ-ι, ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδόνι.* vid. *Steph. Byz.* de Urb. p. 334. ibiue *Berkel. Spanhem.* de praestant. et usu numm. T. I. p. 586. ond. et alibi. RUD.

Ead. l. 7. *Δημοτικὰ*) M. et P. In reliquis *δημωτικά*. OLAN.

Ead. l. 8. *Παρενεβέβυστο*) V. locum manifestissimum in allo c. 11. ubi vox affinis *περιβύω* adhibetur. SOLAN. Inı vero Gall. c. 11. ait, *περιβυσαντες ὑπανχένια*. Et supra e Merc. cond. c. 32. *συμπαραβύσωσιν*. IDEM.

Ibid. *Ἐπέστειλεν*] Male interpres: *epistolavit*. nam ilıd *αὐτελὲς* non est in hac voce, qua utitur *Lucian.* infr. cap. 1. et *Herodot.* VI, 3. aliique. Nec valde probabilis, si fas ıt dicere, *Wielandi* sententia, *τὸ αὐτελὲς* esse in voce *κύριος*, raecorum animo ingenuo, et libertatis amanti non tolerabi-; immo in *στρατοπεδάρχης*. nam quum Lucianus saepissime icat *στρατηγὸς*, haec vocula non nisi hoc uno loco legi vietur. RUD. Inter vilia, vel plebeja, vel mendicorum proria, vocabula minime referri potest *στρατοπεδάρχης*, quod pud *Dionys. Hal.* aeque ac muneris vox *στρατοπεδαρχία* plus emel occurrit de *tribuno militum*, et hoc *tribunatu*. Adsenıor *Wielandio*, *Κύριος* illiberalius dictum putanti, pro *Αὐıοκράτωρ*, vel *Σεβαστὸς*, vel *Καῖσαρ*. *Gesneri* commentum *vistolavit* retinere placebat, sed correctum. LEHM.

Ead. l. 9. *Ἐγχρήζοντα*) Castigat scriptorem historiae, ui alibi multa poëtica, alibi plebeja et barbara vocabula uae intexuerat historiae. Inter plebeja etiam est *τὰ ἐγχρήıοντα*. Sed locus ille sic videtur esse interpungendus et corigendus: *καὶ οἱ στρατιῶται ἠγόραζον τὰ ἐγχρήζοντα, καὶ ἤδη λεουμένοι περὶ αὐτὰ ἐγίνοντο, et milites emebant sibi victum, et uti illis indulgebant.* *Ἐγχρήζοντα Ciceroni* et *Tacito* sunt *utenilia, copiae victui necessariae.* Sed Graecum vocabulum apud ullum bonae notae scriptorem invenias. Paullo ante *πτωıικὰ ὀνόματα*, non *inopia multa infarta*, ut stulte et sine senıentia vertit interpres, sed *mendicis convenientia*, aut, ut *Seeca* loquitur, *verba ad summam caveam spectantia*. GRAEV. *Graevio* corrigendum videtur *περὶ αὐτὰ*, quam lectionem seuutus *Wielandus* vertit: *und machten sich, so bald sie sich ge-*

badet hatten, drüber her. D' Orvillius vero ad *Charit.* p. 28 scripsit: „Nostram locutionem (*γενέσθαι περὶ τι*) non bene perceptam apud *Lucianum* Quom. Hist. Conscr. c. 22. recor *ὡς δὲ λελουμένοι περὶ αὐτοὺς ἐγίγνοντο.* Vulgo *αὐτούς*, et ve titur: *jam loti ad illos aderant.* In quo hic *τὸ εὐτελὲς* cont neatur, interpretes non indicant. Puto in verbis non ess sed in re ipsa; *jam loti se curabant*, vile est in Historia Nihil definio, sed *D' Orvillii* ratio non placet, quum auctu h. l. non-res, sed vocabula reprehendat. Fortasse Lucianu haec formula offendit, alios, ut fit, minus. Rud. Equide cum *Belino* ingenue fateor non intelligere me, quid sibi vel Lucianus; nisi forte vitium in verbis inest inveteratum, c jus vestigia externa adhuc latent. Lehm.

Pag. 194. l. 4. *Εἴ που*) Infra vero Rhet. c. 6. in *Junt.* l gitur *ἦπου τὸν Νεῖλον εἶδες;* quod *Solanus* ex aliis Edd. *εἴ—που* mutavit, cui obsecuti sumus. Reitz.

Ead. l. 6. *Ὠδινεν ὄρος*) Paroemiog. Bourd. In fabul hodiernis *Aesopi* non exstat. Solan. *Horat.* Art. Poët. 139. Lehm.

Ead. l. 10. *Συγκεκαττυμένος*) Cf. infr. Epist. Sat. c. 2 Solan.

Ead. l. 11. *Καὶ χοιρίνη περὶ ταῖς κνήμαις*) Mellei profec interpretes. *Benedictus, et tibialia ex corio porcino facta*; m le quidem, sed melius tamen, quam *Micyllus, et tibialia co chis incrustata aut ex corio porcino facta.* At quis dixit tibi lia militum? An ita ignotae sunt ocreae, quas haud dub nunc intellexit *Lucianus.* Itaque verte, *et ocrea circa ti ex corio porcino.* Gron. Praeplacet fere alterum, quod h bet *Micyllus: conchis incrustata.* Vid. Schol. *Aristoph.* Equ v. 1329. *χοιρίναι — εἰσὶ δέ τινες κόγχαι θαλασσίαι.* Rud. Ind. Legendum, *χοίρινα τὰ περὶ ταῖς κνήμαις* secundum A 2. in qua tamen mendose *περὶ τὰ κνήμας.* Intelliguntur i que *κνημίδες χοιρίναι*, i. e. *ocreae porcinae.* Lehm.

Ead. l. 12. *Ῥοδίων*) Inter Colossos et statuas inge inprimis celebratur Colossus Rhodius pedibus centum quinque altus. Cogn. Centum is et quinque pedes altus ditur fuisse, sive LXX cubitorum. *Plin.* XXXIV, 7. Sex XIV. pag. 652. C. *Philostr.* Vit. Apollon. V, 7. Vide et *Scaligeri* animadv. in *Eusebii* Chron. n. 1794. p. 137. C Lyndius Lysippi discipulus fecit, duodecim annorum spa ad id consumto, anno ante Chr. 278. Annos 56 cum stetis terrae motu prostratus est, (anno ante Chr. 222.) nec quam restitutus. Jacuit ad an. usque Christi DCLXX quo capta a Saracenis Rhodo, vaeniit. Post tot detrimen

tum aeris tamen ablatum est, ut DCCCC Cameli eo fue-
t onusti, unde calculo inito ultra 700,000 librarum pon-
fuisse liquet, Camelo cuique nempe DCCC libris assigna-
Vid. not. nostram ad Ver. Hist. I. c. 18. De terrae mo-
quo prostratus est, videndus *Polybius* V. pag. 428. 429.
AN. Conf. infra Icarom. c. 12. τὸν Ῥοδίων Κολοσσὸν ἑθεα-
ην. Et sic saepe alibi solet. Quae tamen non adduco,
a et altera lectio bona: hanc tamen, ut Nostro usitatam,
efero. REITZ.

Pag. 195. l. 2. Ἀπροοιμίαστα] Verendum scilicet erat,
tupidus lector non videret, quae ibi intelligantur ἀκέφα-
ώματα, quare illud egregie quidem cadens, et pervenu-
n ἀπροοιμίαστα addendum fuit, ut ita quoque *corpora sine*
emio habeantur. Nimirum puto, ἀπροοιμίαστα a Lucia-
ion esse profectum. RUD. in Praef. Ego vero puto, *Ru-*
hum nimis esse proclivem ad *Lucianum* amputandum,
ntumvis ei adsentiatur Censor Jenensis. Excide verbum
οιμίαστα, et vide jam, quam bene scilicet sequentia,
εὐθὺς ἐπὶ τῶν πραγμάτων cum antecedentibus nectantur.
et haec ipsa nunc excidantur necesse erit. Procul haec
to a Critico negotio licentia! LEHM.

Ead. l. 8. Ξενοφῶντα) At dubitari a quibusdam audio,
ecte *Xenophonti* tribuantur illi commentarii: quorum ego
onem miror, cum et veteres agnoverint, neque quicquam
quod repugnet. Adde *Ael.* Var. H. VII, 14. SOLAN.

Ead. l. 4. Δαρείου καὶ Παρυσ.) Vid. *Xenoph.* Ἀναβ. I.
AN.

Ead. l. 6. Ἐν ἄλλοις δείξομεν] Cf. c. 52. Exordium
st δυνάμει, ubi res statim ab initio narratae, aut in in-
iptione modeste promissae, per se jam lectorem docilem
attentum reddunt. RUD.

Ead. l. 7. Ἑρμηνείας] Nemo reprehendat Lucianum,
od parum sibi constare videatur, et de scribendi genere
at, quamvis supra de stilo negasset se esse dicturum. Nam
ora de scribendi genere omnino sermo erat, hoc vero per-
et ad stilum historicum. RUD.

Ead. l. 9. Παρασάγγας) Vox Persica et Arabica. XXX
rem stadia valet. Vid. *Herod.* II. p. 57, 2. SOLAN.

Ead. l. 10. Τίνι τῶν καλῶν ἔοικεν;] De hac phrasi
d. Adnot. ad Nigr. c. 25. Tom. I. p. 287. sq. LEHM.

Ead. l. 11. Σύρῳ] In quorum regione etiam bellum ge-
um fuit, ut αὐτόπται esse possent. cf. c. 30. RUD.

Ead. l. 12. Ἐπὶ κουρείων) Optime hunc locum ita resti-
uit et vertit *Benedictus* noster, cum antea in omnibus, excep-

ta *Fl.* conjunctim legeretur *Ἐπικουρείων*. Notum autem e veteres illos Athenienses in tonstrinis ad confabulandum co venisse frequentes, uti nos nunc in *coffipoliis*. Sic Aristopl in Pluto p. 338.

Καί τοι λόγος γ' ἦν τὸν Ἡρακλέα, πολὺς
Ἐπὶ τοῖς κουρείοισι τῶν καθημένων.

Ubi diversa quidem phrasis, sed eandem Scholiastes cum L ciano adhibet. Quo quidem in loco miror, doctissimam D. *certam* maluisse *Terentium* adducere (Ph. 1, 2, 39.) moris i lius testem, quam aut *Lucianum*, aut *Theophrastum*, apu quem etiam celebris est in eam rem locus in Char. p. 35. u vide *Casaub.* notas p. 243. Add. *Plutarch.* 1273. qui a *The phrasto ἄοινα συμπόσια* dictitari ait solita, et 903, 2. Vi etiam *Diog. Laërt.* in Pittaco pag. 19. D. W. τῷ *Ἐπικουρί* Solan. Vid. etiam *D' Orvill.* ad *Charit.* p. 275. Rud.

νάζειν notare ἐφέλκεσθαι. Ubi ἐπινάζειν alibi occurrat, ro; nisi huc referendum sit τὸ Ἐπινάξαι, quod *Hesych.* ponit ἐπιπαχτῶσαι· in editione Flor. plane, uti vult liastes, legitur ἐπινῶς. Habet quoque hanc vocem eamque interpretatur λίαν. JENS. *Schneiderus* in Le suum nec ἐπινῶς recepit, nec ἐπινάζω, neque id, opino juria. Nam quod *Hesychius* habet ἐπινάξαι, non id ἀρ νάζω, sed ab ἐπινάττω repetendum, quod docet explan ἐπιπαχτῶσαι. Alibi autem magnopere vereor, ut hoc liastae verbum, et in ea quidem, quam profert, signifi ne, usquam apud probatos scriptores inveniatur. *Suid* tem ἐπινῶς, quod per λίαν explicat, haud dubie ad pos rem Graecitatem referendum; aut fieri potest, ut orig traxerit e male intellecto compendio vocis ἐπιμανῶς. quod praetulerim, celeriori formulae solennis ἐπιμανῶς πᾶν pronuntiatione eo tandem res devenit, ut posteri Graecorum lingua adsuesceret proloqui ἐπινῶς ἀγαπᾶν. dem illo sensu. Scholiasten autem nostrum, quippe originis ignarum, suspicor Etymologiam finxisse ex arbi Hoc certum, male suadere eundem, ut h. l. ἐπινῶς legi pro ἐπιμανῶς. De nomine juvenis amati dubitare pos quum in Edd. quidem, quas in consilium vocavimus, oc bus exhibeatur Κίνυρος, in Codd. autem Pariss. Κίνυρ in Aug. et Gorl. Κινύρας, et hoc quidem castigatiore sc tura, suppeditetur. Mihi quidem gratior videbatur all ad nomen, quam nomen ipsum, *Cinyrae* scilicet illius, priorum regis et primi Veneris Paphiae sacerdotis; vid. *Cl.* Hist. II, 3. et qui Myrrhae filiae nefando scelere ins tuit ut Adonidis pater. Vid. *Ovid.* Mett. X, 298. sq. ibi *Gierig.* LEHM.

Ead. l. 15. Ἁρπάσαι) Statim ubi legitur, καὶ δὴ ὑπ' ἐκ τος καὶ ἀμηχανίας ἐβουλεύσατο ὁ Κίνυρος ἁρπάσας τὴν Ἑλέ non dubium mihi est, quin unius literulae mutatione lo hic sanior reddi possit, legendo ἁρπάσαι· neque enim qu quam, quo ἁρπάσας subsistat, sequitur. JENS. Non op erit mutatione *Jensii*, si cum Ms. Reg. 3011. legas, ἁρπάσ τὴν Ἑλένην φυγεῖν. BIP. Nihilominus *Jensio — Reitzio* lectionem dederunt *Bipontini*. Prudentiore autem consi *Schmiederus* sechtus est Parisiensem Cod., cum quo faci etiam Gorl. et Aug. LEHM.

Pag. 297, l. 5. Κολασθησόμενος) Flor. κωλυθησόμε BOUHD. Κωλυθ.) Sic *Fl.* et *Junt.* Edd. (nisi quod in utr mendose est κολ.) et sic sane venustior sensus est, quam cum reliquis legas κολασθησόμενος. SOLAN.

Ead. l. 10. *Μεσονύκτιον*) Vid. hanc vocem contra *Th.* v. adsertam, infra hac ipsa Ver. Hist. c. 40. Reitz.

Pag. 298. l. 1. *Πολὺ ἀπέχουσαν*) Flor. *οὐ πολύ*, male, et er Interp. Bourd.

Ead. l. 5. *Παρὰ τοσοῦτον ἦλθον διαδρᾶναι*) Interpr. *Tantum emensi erant, ut elaberentur.* Reddendum ego putem: *Tam am aberat, quin elapsi fuissent.* Ita infra 2. Ver. Hist. c. 43. *ὀλίγον ἐλθοῦσα κατενεχθῆναι*· ubi recte interpr. *Quamm parum aberat, quin delaberetur in praeceps.* Ut et in Pseunant. c. 67. *παρὰ τοσοῦτον ἐλθὼν ἀποθανεῖν, postquam paabfuisset, quin perüssem.* Vitring. Quod *Hor. Vitring.* hic et supra cap. 20. in versione corrigendum monuit, id merus, etiam non visa illius animadversione, sponte praeit; quare illa *Vitringae* omittere potuissem: at eum, etsi ioris res est momenti, sua laude fraudari fas non erat; m et alibi in his verbis vertendis peccatum ab aliis interetibus. *Obsop.* tamen id in *Luciano* non semel recte redderat. Et sic bene *Jungerm.* convertit *Long.* Past. 2. p. 62. *παρὰ τοσοῦτον ἦλθε κακοῦ, parum abfuit quin* etc. Adde *Nonum* Catapl. c. 4. f. *παρὰ τοσοῦτον ἦλθε διαφυγεῖν, tantillum erat, quin effugisset.* In *Thucyd.* tamen L. VI. c. 37. *ὥστε παρὰ τοσοῦτον γιγνώσκω*, vertitur, *quamobrem ab hac opinione o adeo dissentio;* quod et *Scholiast.* sic exponit: *τοσοῦτον διαφέρομαι τοῖς τὰ ἕτερα διαγγέλλουσι* etc. quem vide. Reitz.

Pag. 299. l. 5. *Πολλὰ ἱκέτευον*) Vid. *Th. Mag.* v. *Βούλομαι* eadem citantem. Solan.

Ead. l. 11. *Ἀφ' ὧν*) i. e. *unde;* pro quo et hic dicas, *ἐφ' ὧν.* Etiamsi alibi *ἀπὸ* in simili locutione paullo aliter vaeat, ut ap. *Aristoph.* Nub. 766. (*τὴν ὕαλον*) *ἀφ' ἧς τὸ πῦρ πτουσι*· quod supra in Quom. conscr. hist. vidimus. Reitz.

Pag. 300. l. 1. *Τῇ ὑφ' ὑμῶν*) Sic scribendum, non, ut n libris est, *ἡμῶν.* Vid. c. 47. unde clare liquet, oppositam nostrae terrae, non ei, quam incolebat, qui hic loquitur, Rhadamanthus. Solan. Loquitur Rhadamanthus in insula beatorum, et loquitur cum vivo et ad suos redituro Luciano, et praedicit ea, quae in ipso fine hujus libelli indicantur, non enarrantur. Nullo modo igitur ferri hic potest *ἡμῶν.* Quare contra libros omnes atque interpretes, quos norim, rescribendum, ut interpretatus sum, *ὑμῶν.* Si res verbis egeret, et reliquas ex hoc libello loquendi rationes conferrem, et Scipionis Africani majoris cum minore sermones compararem. Gesn. Evidentissimam rem non tamen vidit *Belinus.* Vel ob proxima verba *εἰς τὴν ἑτέραν ἤπειρον*, quae nonnisi de Luciani terra continente capi possunt, necesse

erat, ut ἡμῶν, ut ineptissima lectio, corrigeretur. Atqui illud ipsum ἑτέραν *Belinus* e Cod. 3011. in ἡμετέραν mutari vult. Probissime sane, siquidem id agas, ut tota narratio turpissime conturbetur. In hunc finem etiam foedissimorum macdorum usus aliquis, isque saepe optimus, esse potest. Ceterum ὑμῶν a *Reitzio* in textum receptum et a *Gesnero* redditum esse, probat severissimus alias Editionis *Reitz.* censor in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 246. Lehm.

Ead. l. 5. *Μαλάχης φύλλον*) Dogma Pythagoricum ridet, qui folium malvae sacratissimum habebat. *Aelian.* Var. Hist. IV, 17. Ἔλεγε δὲ ἱερώτατον εἶναι τὸ τῆς μαλάχης φύλλον. *Jambl.* n. 109. Ad *Homeri* etiam μόλυ (Od. *K*, 304.) alludit. Solan.

Ibid. Ταύτῃ κελεύσας etc.) In omnibus Edd. hic locus ita adhuc legebatur: ὥρεξέ μοι ταύτην, κελεύσας ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις ταύτῃ προσέχεσθαι. Sed quis non offendatur in elegantissimo scriptore inconcinna repetitione illa ταύτην — ταύτῃ; Rectius Mss. Regg. 2954. et 3011. posterius ταύτῃ omittunt, et pro priore ταυτην, ταύτῃ legunt, interpungendo post ὥρεξέ μοι. Valeat igitur vulgata. Bip. Emendationem hanc probissimam, quam *Schmiederus* quoque secutus est, firmat Codex Aug. Lehm.

Ead. l. 7. *Μήτε πῦρ μαχ.*) Et hoc Pythagoricum symbolum est, de quo multi. Vid. *Diog. Laërt.* p. 218. et not. *Porphyr.* n. 42. Solan.

Ead. l. 8. *Μαχαίρᾳ πῦρ σκαλεύειν*) De hac superstitione locus alius dicendi: praeceptum est Pythagorae. Bouhd.

Ibid. Παιδὶ) *Cicero* Tusc. IV, 34. conqueritur philosophos exortos, et auctore quidem suo Platone, quem non injuria Dicaearchus accuset, qui amori auctoritatem tribuerent. Doctissimus ejus enarrator *Theodoritum* etiam testem citat, eundem *Platonem* dixisse, τοὺς παρὰ τὴν φύσιν ἀσελγεῖν ἀσπαζομένους καὶ τῇ δὲ μακαρίους — καὶ ἐκδημήσαντας ἐντεῦθεν εὐδαίμονας ἔσεσθαι. Therap. IX. p. 131. Solan.

Ead. l. 9. *Πλησιάζειν*) Ut infra in Pseud. (c. 41.) La Croze.

Ead. l. 12. *Τῇ δ' ἐπιούσῃ*) Sic Mss. Regg. 2954. et 3011. pro vulgato τῇ ἐπ. δ'. Bip. Non erat, quod a vulgato ordine recederetur. Nec recesserunt *Bipp.* iidem supra I, 32. etsi et ibi *Belinus* sine ulla auctoritate pro τῇ ἐπιούσῃ δὲ scribi voluerat τῇ δ' ἐπιούσῃ. Lehm.

Pag. 301. l. 3. *Λουκιανὸς*) Sive Creticum hic posuit *Lucianus* in versus principio, sive, quod nolim, penultimam nominis sui corripuit contra morem, sive ι vocalem per synaesesin sequenti conjunxit: dubium non est, Latine inter-

i idem licere debere. Gesn. Penultimam corripuit in sus gratiam, quod recentiores poëtas in ejus generis nominibus, ut in Ἰουλιανός, sibi indulsisse docet *Jacobs.* ad *Anthol. Palat.* P. III. p. 582. Lehm.

Pag. 302. l. 4. Ἐξ αὐτοῦ) Sic *Fl.* et *Junt.* pro vulgato τοῦ. Solan.

Ibid. Μαστίγων ψόφος] Haec prope iisdem verbis didit Necyomantiae concinnator c. 14. in. Lehm.

Ead. l. 7. Ἀπόξυρος) Mendose in omnibus impressis, exta *Fl.*, legitur ἀπόξηρος. Vid. Rhet. Praec. c. 7. et in Na.. c. 8. Recte etiam scribitur in Mss. Angl. P. et L. initio ometh. (s. Cauc.) Solan.

Ibid. Καὶ τράχωσι) In quibusdam libris Scholiastes lese videtur, pro his duabus vocibus, τραχέσι. Sed satis a videtur vulgata scriptura: quanquam non sunt ad manum nunc, unde confirmem, loca. Talia *Plutarchus* in Ἀλεξ. τους ἀποῤῥώγας vocat. Solan. Mallem τραχῶσι, a τραχών, τραχῶνος, *locus asper*, etsi omnium Editt. accentum, qui in ima erat, servavi. Nam quod Τράχων *Suid.* scribat, id men proprium esse, recte judicat *Steph.* At in *Strab.* XVI. 756. s. 1096. (i. e. §. 20.) Τραχῶνες tamen editum est, i sint duo colles ultra Damascum; sed ibi Τράχωνες scrindum arbitror, quia apud *Josephum* sic plus decies, ut L. III. Ant. cap. 16. §. 5. et XV, 10, 1. bis etc. Reitz. Ita m recentissima *Strabonis* Editio recte exhibet, et paullo surius §. 16. Τραχώνων pro eo, quod in vett. Edd. fuerat, ραχανιτῶν et Codicum lectione Τραχανῶν. H. l. τράχωσι et ctionem et scripturam retinendam duxi. Rarius est vocalum; unde mutatum ab ignorantibus librariis in τραχέσι, missa jam, ut par erat, copula. Occurrit autem iterum pud nostrum in Toxar. c. 49. τράχωνος, ubi non est prorium nomen, ut Interpres Latinus cepit, et *Schneider.* in exic. s. v. τρηχώ, sed appellativum et ipsum, de *aspera regione* capiendum, uti suo loco ostendetur. Scripturam autem ράχων, τράχωνος, non adeo ego contemnendam esse judico, t *Schneiderus* eam omnino mentione nulla dignam habere otuerit. *Dionysii Hal.*, quem is affert, locum Epit. 17, 5. nde verba citantur ὀρεινοὺς τραχῶνας, in medio nunc relinuam. Nec, utrum *Suidas*, scribens τράχων, τράχωνος, nomen ppellativum cogitaverit, an proprium, decernam, quamuam illud mihi longe probabilius videtur. Verum ex eo pso, quod nomen proprium Τράχων et Τράχωνες sonabat, ion temere mihi videor colligere posse, haud absurdam neque inusitatam, posteriori saltem aevo, fuisse eandem et

pronuntiationem et scripturam in appellativo. Deinde nihilne prorsus tribuamus Codicum et Editionum, qu in Toxaridis loco maximus est, consensui? Magis ha bie adsuetae erant librariorum manus formis αὐλὼν, et similibus aliis, scribendis. Credasne igitur, si Luc ipse τραχῶσι et τραχῶνος scripsisset, librarios facile et τράχωνος scripturos fuisse? annon potius vice versa nique quidquid sit, cautius certe agam, opinor, qui giis antiquis insistam, quam *Conr. Reitzius*, qui τραχ Indice Lucianeo posuit, et *Schmiederus*, qui, quum xar. l. l. τράχωνος edi curaverit, h. l. satis inconstanter tra librorum fidem dedit τραχῶσι. LEHM.

Ead. l. 8. *Οὐδὲ*) Negativa simplex pro duplici, c pra 1. Ver. Hist. c. 24. ἕτερον δὲ ἐν αὐτῇ, οὐδὲ ἥπαρ ται Alius generis ellipses negativae particulae vid. ap *Bos* pag. 331 — 2. REITZ. Sive pag. 777. Ed. *Schaefa* milis locus est Saturn. c. 2., de quo tamen suo tempore nino certum est, nullam fuisse caussam, ob quam *Schi derus* h. l. lectionem δένδρον δὲ οὐδὲν, οὐδὲ etc. quam Gorl. et Pariss. nonnisi explicationi Grammatici cujus debent, in textum receperit. LEHM.

Pag. 303. l. 9. *Διὰ πάντων*) Forsan διὰ παντός. So Minus h. l, placeat διὰ παντὸς, quia ambiguum: est fere formula temporis, significans *semper*. *Διὰ πάντων* tem est *omnino, a principio usque ad finem*. LEHM.

Ead. l. 11. *Πολλοὺς δὲ καὶ*) Deficiens in Edd. καὶ re cávimus ex Mss. Regg. 2954. et 3011. suadente *Belino*. Revocavit et *Schmied*. Et postea accessit etiam Codex Gorl. et Aug. testimonium. LEHM.

Pag. 304. l. 1. *Αἷς*) Quamvis ferri possit vulgatum praeferenda tamen videbatur Codicum modo laudatorum tio αἷς. BIP. Non ferri potest οἷς, si legatur τὰς αἰτίας, quid doceat *Belinus*, qui οἷς ad βίους referri posse somniat Imo si semel legitur *αἰτίας*, necessario etiam αἷς erat rec bendum, quod tandem etiam *Belinus* praetulit; eaque rectio tanto fit speciosior, quum praeter Parisienses Co etiam Gorlitiensis et Augustani testimonio comprobari vid tur. At difficulter mihi persuadeo, tam foedam stribli nem, τὰς αἰτίας, ἐφ' οἷς, temere per tot Edd. propa potuisse, nisi aliam subesse conjicias lectionem gen nam. Auget etiam suspicionem lectionis varietas in voce τίας ipsa, quae non solum αἰτίας sonat in A. 2. sed etiam mutata in Aug. legitur in ἁμαρτίας. Quid multa? Neque ἁμαρτίας, neque τὰς αἰτίας, ipse *Lucianus* scripsit, sed

ır haec Grammaticis, qui formulam ἐφ' οἷς his vocibus ɣare vellent. Lege itaque: προεστίθεσαν δὲ οἱ περιηγητὴ χοὺς ἑκάστων βίους, καὶ ἐφ' οἷς κολάζονται. Lehm.

Ead. l. 8. Ἀσπασάμενος τὸν Ναύπλιον ἀπέπεμψα) *Benedic- salutato Nauplio discessi.* Prorsus non ita, sed *salutatum ɔlium remisi;* haec enim conveniunt praecedentibus. Gron. praecedentibus, nec sequentibus bene convenit lectio ɛμψα. Sic non narratur, Lucianum quoque ipsum in- n damnatorum reliquisse. Recepto autem ἀπέπλευσα, :l cum *Scholiastae* exemplaribus etiam recentius collati :d. quatuor habent, plena est et integra narratio. Facile ır cum *Schm.* optimam lectionem adoptavi. Lehm.

Pag. 305. l. 4. *Πύλην*) Lege *πόλιν.* Quanquam enim *nearum portarum* facta mentio sit, ut portui propinqua- ; melius videtur, ut *urbem intrare* dicatur. Mihi *Geo- hia illa somnialis* non admodum perspecta. Quid enim, er *Portas eburneas* aliquid simile voluerit *Portis Caspiis, rmopylis* etc.? Solan. Emendationem *Solani, πόλιν* le- tis, confirmant Mss. Regg. 2954. et 3011. Bip. Addo et g. Dubitavit tamen *Bip.* recipere. Rectius *Schm.* non du- ıvit. Lehm.

Ead. l. 7. Ὁμηρος) *Hom.* Od. *T,* 560. Solan.

Ead. l. 12. *Πηγαὶ δύο παρὰ*) Confer supra c. 16. ubi si- is variatio praepositionis: quam etiam T. I. saepe habui- s. Reitz.

Ibid. Παρὰ ταῖς) Edd. *Fl.* et *Junt.* Reliquae *περί.* Solan.

Pag. 306. l. 1. Ὁμηρος) Vide eum l. c. Solan.

Ead. l. 2. *Κεράμου πεποιημ.*) Conf. supra 1. Ver. Hist. 7. *χαλκοῦ πεποιημένην.* Adde hic, etsi hoc tritissimum, ɔng. Past. I. p. 7. *δεσμὸν ῥάβδου χλορᾶς λυγίσας.* Et III, 116. *εφανίσκον ἴων πλέκουσα, corollam ex violis nectens.* Tamen dativo utitur id. I. p. 6. *Τὰ ἀγάλματα λίθοις ἐπεποίητο.* Reitz. uum *Schmiederus* tamen e Codd. collatis glossema *ἐκ*, mo- ɔnte *Belino,* in textum receperit; de tritissima re loco Ver. ist. 1, 7. duo alia ex ipso nostro scriptore addere placet: iall. Mortt. XXIV, 1. *ἵππων καὶ ἀνδρῶν — εἰκασμένων λί- ου τοῦ καλλίστου.* Hermot. c. 38. *οὐδὲ περὶ τῆς ὕλης αὐτῆς ωλογοῦσιν· ἀλλ' οἱ μὲν χαλκοῦ, οἱ δὲ ἀργύρου — εἶναι αὐτὸ άσκουσιν.* Lehm.

Pag. 307. l. 1. Ἀντιφῶν) Atheniensis. Vid. *Suid.* qui ım τερατοσκόπον vocat. Solan. Alius eidem *Suidae* com- ıemoratur *ὀνειροκριτής.* De quo et *Cic.* de divin. I, 20. et libi. Vid. *Ernest.* Clav. Cic. s. v. Lehm.

Ead. l. 2. *Παρὰ*) Dixi supra ad Halcyon. c. 1. Solae

autem *Fl.* et *Par.* recte hic habent. Reliquae vitiose παρ. S. autem et *Amst.* quod mireris, *ἐπί*. Solan.

Ead. l. 3. *Ὀνείρων*) Difficultas hic Latino interpreti oboritur non facile superabilis, quod personam adfingit Somnii Lucianus, et cives hujus reipublicae facit: quod Graeco facile, qui non neutro solum genere *ἐνύπνιον* dicere possit, sed masculino etiam *ὄνειρον*, negatum Latinis. Sed laboratur fere, quoties lusus ejusmodi ad verbum transferre conemur: quibus ob ipsam eam caussam in scriptis seriis et aetatem laturis vix, ac ne vix quidem locus est. Gesn.

Ead. l. 7. *Διεσκευασμένοι*] *Κεκοσμημένοι* praetulit *Schmied.* e Codd. Pariss. et Gorl. Rectius hoc pro glossemate damnat *Belinus*. Quod autem repetitionem ejusdem verbi attinet, in qua *Schmiederus* offendit, vindicant eam *G. A. Voigtlaenderus* in Observatt. ad *Xenoph.* Memorr. Part. I. ad Memorr. I, 3, 3. collatis locis De Merc. Cond. c. 23. Diall. Mortt. XVI, 2. Pro Laps. int. Salut. c. 11. et Censor ejus (*Jacobus*, opinor, Portensis) in Bibl. Crit. Hildes. Tom. II. Fasc. IV. p. 870. qui posterior etiam consuli jubet *Heindorf.* ad *Cic.* de Nat. Deor. p. 89. et offendit praeterea in constructione *τοῦ κοσμεῖν εἰς*, neque hoc quidem injuria. Lehm.

Ead. l. 12. *Δεξιῶς ἐξένιζον*) *Accurate receperunt* recte vertas non absimilem *Longi* phrasin, in Pastor. IV. p. 107. Ed. *Moll. Τοῦτον ἐδεξιοῦντο πᾶσαν δεξίωσιν*· sive, *cum industria*; nam *οἰκέται δεξιοὶ servi industrii* sunt apud eundem pag. 126. (p. 134.) Reitz.

Pag. 808. l. 4. *Καθεύδοντες, εὐαγούμενοι*) J. *Fl.* et *H.* nihil hic a vulgata abire notaverat *Solanus*. An voluit igitur conjunctionem quaerere? Vix credo: nam *ἀσύνδετον* illud hic melius et efficacius, quam si conjunctio adesset; immo vellem ita saepius enunciasset Noster, ut *Long.* Past. III, 120. Ed. *Jungerm. μιμεῖται πάντα — θεούς, ἀνθρώπους, ζῷα, θηρία.* Et L. IV, 115. (123. *Moll.*) *θόρυβος παίδων, γυναικῶν, οἰκετῶν, ἀνδρῶν, γυναικῶν.* Quamvis idem alibi etiam nimis amet illud repetitum *καί*. Reitz. Facio cum *Reitzio*, nec probo, quod *Schmiederus*, *Belino* suadente, e Codd. Pariss. copulam inseruit, etsi Gorlitiensis auctoritas accedit. Insignis enim vis est in hoc Asyndeto. Longe aliter est supra, si cum eodem *Schmiedero* secundum eosdem Codd. et insuper Aug. legas: *οἱ δὲ σκληροὶ, μικροὶ καὶ ἄμορφοι*, inserta, quae vulgo deest, voce *σκληροί*, cujus syntaxeos tum asperitatem, tum languorem, quis non sentiat? Lehm.

Ead. l. 7. *Ὠγυγίᾳ νήσῳ*) Vid. *Plut.* 1758. Solan.

Ead. l. 11. *Λευκοθέας*) *Matuta.* Vorst.

Ibid. *Διασωθέντα*) Utitur his *Luciani* verbis *Jac. Elsner.* Epist. *Petr.* III, 20. quo probet, *διασωθῆναι* usurpari de qui salvus in aliquem locum pervenit, i. e. ex periculo naufragio servatus est; ut *Actor.* XVII, 44. *διασωθῆναι τὴν γῆν*, triaque alia testimonia adducit, quae non repe-, nec augebo, quia hanc significationem ubique obviam i. Reitz.

Pag. 309. l. 1. *Τηλεγόνου*) Conf. infr. de Salt. c. 46. LAN.

Ead. l. 7. *Ὁμηρος εἶπε*) Odyss. *E*, 57. Solan.

Ead. l. 9. *Ἐπελέξατο*) In omnibus libris nostris erat *ὑπε-*xτο, quod cum ferri non possit, sic mutavimus. Vide Diall. rr. V. et Anach. c. 21. Suspicor tamen, fuisse a *Luciano* iptum *ὑπελέξατο*, ut *furtim* ab ea *lectam* epistolam notaret. quia vox ea a nullo, quod quidem sciam, Lexicographo servata est, nec ubi apud alios auctores occurrat, ipse antaverim, eam in textum recipere non sum ausus. Solan. *πεδέξατο*) Quid sibi velit *ὑπεδέξατο* a vi verbi *λαβε* diver-m, non comminiscebar aliud, quam quod in interpreta-ne expressi (*in sinum reposuisset*). Cogitabam etiam, an ελέξατο vim *legendi* habere posset? quod nihil fere ab alte-illo *ὑπεδέξατο* distat in MSS. Vulgatum quidem illud, *post-am epistolam accepit et admisit*, non intelligebam. Gesn. *olanum* secuti rescripsimus *ἐπελέξατο*· cui emendationi ad-pulantur Mss. Regg. 2954. et 3011. Vulgata *ὑπεδέξατο* ullum h. l. sensum habet. Mox post *ὁποῖα* ex iisdem Mss. lidimus *τε*. Aberat enim ab Edd. Bip. Adest etiam in odd. Aug. et Gorl. recte itaque *Bip.* et *Schm.* admiserunt. ic etiam correxit *ὁπολα*, quum in omnibus prioribus *ὁποῖα* riptum esset. Sed *ὑπεδέξατο* neque id significare potest, uod *Gesnerus* et secundum eum *Wielandius* expresserunt; ne-ue, si posset, sufficeret ad plenam efficiendam narrationem. uae enim sequuntur, poni jubent, Calypso legisse, non condidisse, Ulyssis epistolam. Bene itaque suspicatus erat *olanus* legendum *ἐπέλεξατο*, idque etiam plusquam probabi-ter, quum confirmetur conjectura Codicum satis multorum uctoritate. Lehm.

Pag. 310. l. 3. *Κατιόντος τοῦ πνεύματος*) Sic *Thucydid.* I, 2. *κατιόντος τοῦ ἀνέμου τάχα ἂν δὲ καὶ ἄλλως πως ἐσπλεύ-αντες*. Ubi *Dukerus* docet, *ἄνεμον κατιόντα* esse ventum in-rebrescentem, et quidem a tergo euntes prosequentem, id-ue hoc *Luciani* aliisque testimoniis probat contra *Vallam*, ui de *vento ponente* plane contrario modo intellexerat. Reitz.

Ead. l. 6. *Παραπλέοντας*) Sic scribo, non ut in omnibus, quos vidi, libris est, *περιπλέοντας*. Solan. Recte *Solanus* vidit, pro *περιπλέοντας* rescribendum *παραπλέοντας*, et sic plane exhibet Ms. Reg. 3011. Bip. Neo non Aug. et Goth. Unde recte mutarunt *Bip.* et *Schm.* Lehm.

Ead. l. 7. *Πηχέων ξξ*) Nescio, an sic nugari voluerit *Lucianus*, ut mensuram poneret, quae vix ullam ad reliqua, quae hic dicuntur, proportionem habeat. Facile, numerum hic esse corruptum, putare aliquis possit. Sed parum aliquoque religiosus hac parte est scurra noster, ut mox circa halcyonem. Gesn. Joculariter mensuram videtur addere exiguam, cum in exspectationem magnae lectorem conjecisset, praemittens *naves* esse *maximas*. Quales metaphorae deceptionis parce et apte usurpatae, fallendo delectant, quarumque exempla collegit *Eman. Thesaurus*, in Idea argutae dictionis, toto c. XVI. a pag. 369. ad 385. Ubi Corinthi bella moenia videns Agis, interrogat, *quinam sunt haec moenia inhabitantes MULIERES?* Vel hoc *Martialis*, — *Centum Corinthus amphoras AQUAE fecit*, cum quisque exspectaret vini. Notaque est ista cavillatio Caligulae victoris, cum literas laureatas ad Magistratus mitteret: *Parate quam maximum triumphum, quam MINIMO SUMTU.* Addo *Aristophan.* Plut. 27. *πιστότατον ἡγοῦμαι, καὶ κλεπίστατον*, ubi vid. interpretes. Si cui hic lusus non adrideat in facetiarum magistro, et satis magna esse navigia contendat, cubitorum sex, utpote ex cucurbita, quae vel sic sane est maxima, per me licet, ita exponat, vel ξ', i. e. 60. pro ξξ legat, quo respondeat mensurae navium hostilium c. seq. Reitz. Ἑξήκοντα legunt Mss. Regg. 2954. et 3011. quod verum videtur *Belino*. Bip. Et mihi quoque. Nam *ἀπροσδόκητον* illud, quod *Reitzius* in hac oratione quaerit (minus autem recte *metaphoram deceptionis* vocat) aut nullum est, aut certe valde languidum, et momento suo (*la pointe* Francogalli dicunt) carens. Neque multum juvet Codicum nonnullorum lectio *μεγάλα* pro *μέγιστα*, quam *Belino* probatam sine idonea caussa edidit *Schmiedero*. Jure itaque meo *ἑξήκοντα*, (ξ' olim, ut recte *Reitzius* animadvertit, exaratum) cum *Schm.* rescripsisse videor. Lehm.

Ead. l. 8. *Αὐτὴν*) *Αὐτὴν* ad unam *κολοκύνθην* elliptice refertur, etsi pluralis et neutrum adjectivum praecessit: qualis synthesis apud Latinos quoque est frequens, ut *Terent.* Eun. 2, 1, 19. *Adeone homines immutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse.* *Sallust.* Cat. 56, 5. *Servitia — ruere*, ad quem l. vide Excurs. VIII. *Cortii.* Alia exempla ex Latinis auctt. collegit *Th. Wopkens* in Lectt. Tullian. p. 15. et

assim aliis pagg. Oppositam, sed analogam, enallagen su-
ra ad Scyth. vers. fin. dedimus ex *Aristoph.* Pl. 527. οὐχ ἕξεις
ὅτ' ἐν κλίνῃ καταδαρθεῖν, οὐ γὰρ ἔσονται (scil. κλίναι). Non
bsimilia dedit *Hemsterh.* ad *Lucian.* Nigr. ipso pr. Conf.
'eux. c. 7. ubi περίβαλε — καὶ ἀράμενοι, alio modo, cui ad-
lere oblitus sum similem locutionem ex Evang. *Luc.* V, 4.
πανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν, et *Lu-
ian.* Harmon. c. 3. ἀλλότριον τὰ ἐμὰ etc. Ubi et addere po-
uissem *Hippocr.* Sect. II. aph. 3. Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότε-
α τοῦ μετρίου μᾶλλον γενόμενα, κακόν. Conf. etiam Reviv.
. 13. μία πάντων φιλοσοφία, pro πασῶν, ubi *Jens.* ex *Lucian.*
mor. καρποὺς — ἃ συνωρόφουν, pro οὓς etc. Alias ejus-
odi enallagas generis vid. apud Interprett. ad *Aristoph.* Plut.
91. τέκεα ἐπαναβοῶντες, respectu filiorum, qui per τέκεα in-
elliguntur, ubi *Kusterus* etiam addit *Homer.* Od. *M*, 74. —
εφέλη — Κυανέη, τὸ μὲν οὔ ποτ' ἐρωεῖ, ibique τὸ respectu
έφος dici, quod tacite intelligitur, recte monet, ut alia
mittam, quae ibi videri possunt. Addo tantum ex fratris
. *O. Reitzii* Belg. Graeciss. p. 320. I. *Timoth.* 2, 15. σωθή-
εται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, quod *Hein-
us* in Exercitt. Sacr. p. 485. de conjugibus exponit, ita ut
είνωσιν referatur ad virum et uxorem simul; alii ad uxores
las referunt. Paullo aliter etiam *Long.* Past. L. IV. p. 107.
d. *Moll.* εἰς αὐτὰς ait, tacite respiciens ad oves et capras,
um tamen sing. ἀγέλη praemiserit. Sic infra Tyrannicid.
8. ὁ δὲ masc. gen. relatum ad τὸ ξίφος, quod vide. Reitz.
ocum corruptum, id quod vel lectionum varietas diligenter
nsiderata clarissime docet, hac ratione emendandum exi-
imavi. Verba scilicet vulgata: ἐπειδὰν γὰρ ξηρανθῶσι, κοι-
ίναντες αὐτὴν, quacunque demum explicatione succurras,
borant tamen structurae quadam incommoditate, sita illa
numeri diversitate, quam facile auctor effugere potuisset,
vel pro αὐτὴν scripsisset αὐτὰς, vel pro ξηρανθῶσι, ξηραν-
ῇ. Atqui neutrum horum ipsi placuit, ut e variarum lec-
onum recensu patet. Nam pro ξηρανθῶσι tres Codd. exhi-
ent ξηρανῶσι, pro αὐτὴν autem duo τὴν κολόκυνθαν (nam in
ag. et Gorl. ubi ita legitur, conjicio αὐτὴν omissum esse,
amquam id non diserte tradit *Schmiederus*). Jam vero τὴν
λόκυνθαν manifestum est glossema vocis αὐτὴν, et hoc pro-
men adeo retinendum, illud repudiandum. Quod autem
ιλάνανες a Gorl. abest, unice id casui fortuito, vel errori,
letur tribuendum esse. Nunc intelligitur, optionem no-
relinqui inter ξηρανθῶσι et ξηρανῶσι. At neutrum admit-
dum ob caussam supra allatam. Quid ergo? Vitium latet

in hac voce, quod facile tolles, si modo in voce ξηρανῶσι, quod alii in insolentiori Aoristi Passivi forma offendentes ξηρανθῶσι scribere maluerunt, accentum mutaveris, scripserisque ξηράνωσι. Ita jam ego quidem persuasum habeo, *Lucianum* scripsisse hunc in modum: ἐπειδὰν γὰρ ξηράνωσι, κοιλάναντες αὐτὴν, καὶ ἐξελόντες τὴν ἐντεριώνην, ἐμπλέουσιν. Ἀντὴν autem facile explicatur e voce κολοκύνθινα, ut supra c. 33. ταύτην e nomine *Νυκτῶον*, et Hermot. c. 45. ὑπὸ κάντων e praecedente φιλοσοφίας, ubi vid. Adnot. De qua quidem re *Reitzius* in proxima adnotatione nimis vage more suo disserens, falsa miscuit veris, apta ineptis. Lehm.

Ead. l. 11. Πληρωμάτων) Navium πληρώματα dicuntur ipsi remiges vel classiarii milites, quibus implentur. Hic autem sumitur pro ipsis navigiis instructis et armatis. *Vorst.* Vid. *Baif.* 127. f. Solan.

Ead. l. 13. Ἀγχωμάλως) Monuerat *Hemsterh.* in marg. adeundum *Duker.* ad *Thucyd.* p. 493. No. 53. i. e. ad L. VII. c. 71. ubi *Thucyd.* ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν ait, *Wassius*que *Pollucem* reprehendit, qui hoc verbum τραχὺ esse scribat, quod tamen ille ex *Dionys. Halic.*, hic ex *Luciano* h. l. proferat, *Suidam*que et Lexica alia plures habere ejus vocis auctoritates, observat; quare plura non addam. Reitz.

Pag. 311. l. 4. Ὠλιγώρησαν) Etsi supra satis dixi, augmentum saepe negligi, et hic Edd. fere omnes habent ὠλι. tamen non credo sic Lucian. dedisse, quia usitatissimum in hoc verbo augmentum initiale, et ratio abjectionis nulla, quia verbum inde non fit longius, si addatur, (ut in plusquamp. quae satis polysyllaba per se, ideoque augmentum frequenter negligunt.) Quare invitis Edd. jam mutaveram, quod in vocali brevi cum longa permutanda scribarum culpa sit quotidiana; sed postea consulens omnes Edd. ad manum quae erant, vidi et *Salm.* recte ὠλιγ. exhibere. Reitz.

Ead. l. 9. Κελύφη) Sic L. et *El.* Ed. melius, quam quod in aliis est, κελύφινα. In Scholiis etiam recte κελύφῃ legitur. Solan.

Ead. l. 11. Ἀπεκρύψαμεν) Suspicor legendum ἀπεκροίσαμεν. Solan. At vulgatam elegantiorem esse dicit Cens. Edit. *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 247. et conferri jubet illud *Callimachi* Epigr. 2. ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν et *Virgilii* (Ecl. IX, 52.) *cantando condere soles.* Cf. etiam *Thucyd.* V, 65. ἐπειδὴ ἀναχωροῦντες ἐκεῖνοι ἀπέκρυψαν, ubi *Scholiastes* intelligit ἑαυτοὺς, *Dukerus* autem rectius αὐτὰς, provocans ad hunc *Luciani* locum, et ad phrasin ἀποκρύπτειν γῆν, de navigantibus usurpatam, qui tam longe in alie-

rovecti sunt, ut terram conspicere amplius non possint. ddit denique *Budaeum* Commentar. Ling. Gr. p. 324. Post *ukerum Bauerus* in eundem finem conferri jubet *Virgil.* Aen. II, 291. Phaeacum abscondimus arces. Quae quum ita sint, on audiendus neque *Solanus* cum conjectura sua, neque et- im *Abreschius*, qui in Dilucidd. Thuc. p. 540. ἀπεκρύψαμεν ὑτούς corrigi vellet, comparans locum Diall. Marinn. II, . cujus longe alia est ratio. Nam ibi ἀποκρύπτειν αὐτοὺς in- ptissimum foret, et necessario αὐτοὺς rescribendum, duci- us etiam Codd. Pariss. Lehm.

Pag. 312. l. 8. *Μεσονύκτιον*) Nugatur igitur, ut saepe, *h. Magister*, scribens: *Μεσονύκτιον, καὶ Μεσονύκτιος, ποιη- κόν.* Habuimus et supra *μεσονύκτιον*, de Merc. cond. c. 26. em hac dissert. c. 26. et alibi. Habet et Evang. *Marc.* XIII, 5. et *Luc.* XI, 5. etc. Reitz.

Ead. l. 13. *Γυεράν τινα* etc.) Conf. supra Halc. cap. 1.)lan.

Pag. 313. l. 5. *Ἀδρότερον*) Male *Solanus* in marg. J. no- rat, etiam *S.* et *H.* cum J. habere *ἀδ.* prima laevigata. Nam cte habent adspiratam, ut ceterae priscae, quas adii: et c solet. Vid. *Poll.* On. non uno loco. Quamvis et *Budaeus* Lex. minore *ἀδρέω augeo* male, mox tamen *ἁδρὸς* recte ha- t ibidem, operarum culpa. Reitz.

Ead. l. 7. *Ἐπτερύξατο*) Conf. Halc. c. 1. Solan.

Ead. l. 10. *Ὁ γὰρ*) Illud *γὰρ* in J. aeque ac *Fl.* et *H.* re- riri notabat *Solanus.* Idem sic notarat supra Hermot. cap. . An igitur id suspectum habuit? vix credo; nam sic sae- apud Nostrum occurrit. Reitz.

Ead. l. 13. *Ἀποτρέψαι*) Quanquam hic aliam lectionem ggerant Scholiastes et *Fl.* Ed. cave hanc mutassis: propri- enim est in ea re vocabulum. Unde *Ζεῦ ἀποτρόπαιε* etc. ilgatam etiam confirmat P. Solan.

Pag. 314. l. 13. *Καὶ δὴ ἐδόκει ἡμῖν ἀναθεμένους τὴν ναῦν τὴν κόμην τῶν δένδρων*) Perridicula ista super silvae ramis vigatio, sive *ὑλήεις πλοῦς*· sed videntur fidem ei facere *ephus Acosta*, et illi, quos navigationis suae fundos auc- esque habet, Historiae Indicae cap. XXX. lib. IV. Ipsa s haec *ῥητῶς* narratio. *Un de nos freres homme digne de foi is contoit, que s'étant égaré et perdu dans les montagnes, sans oir quelle part n'y par où il devoit aller, il se trouva dedans buissons si épais, qu'il fut contraint de cheminer sur iceux s mettre les pieds en terre par l'espace de quinze jours entiers, ue pour y voire le soleil, et pour remarquer quelque chemin en e forêt si épaisse et pleine de bois, il avoit besoin de monter au*

coppeau des plus grands arbres; pour là decouvrir le ch- ra
MARCIL. te

Pag. 315. l. 5. Ἀντιμάχου) Scripserat is poëma de A- ea
vorum contra Thebanos expeditione, cui *Thebais* titulus e- o
Athen. 468. A. 475. D. et 482. F. Meminit *Plutarchus* L- de
giae ab hoc scriptae f. 65, 2. *Platoni* probatur. *Cic.* Brut. 8.
Hunc tanti faciebat Adrianus Imp. ut *Homero* exacto, sol
ab omnibus legi vellet. Audi *Xiphil.* p. 261. καὶ οὗτος γ- et
οὗτος ἦν ὡς καὶ τὸν Ὅμηρον καταλύων Ἀντίμαχον ἀντ' α- ha
εἰσάγειν, οὐ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο. Ver- E.
sum fuisse docet *Gregorius* Theologus in Epist. ad Nicob- qu
lum 2. his verbis, οὕτως ἐγὼ καὶ βραχυλογώτατον Ὅμηρον ἐ- n
καὶ πολὺν τὸν Ἀντίμαχον· πῶς; τοῖς πράγμασι κρίνων τὸ μῆ- qu
ἀλλ' οὐ τοῖς γράμμασι. Apud *Basil.* p. Ed. *Bas.* 286. SOLA
Ead. l. 12. Ὁρῶμεν) Edd. *Fl.* et *B.* 2. recte; in relig- m
ἑωρῶμεν. Latinus interpres recte vertit, quasi ὁρῶμεν et ip- so
legisset. SOLAN. Errat *Solanus*, dicens, *B.* 2. i. e. *Basileens* ti
secundam, cum *Florentina* facere; nam aeque ac *B.* 1. cu- et
errores fideliter solet repetere, habet ἑωρῶμεν. De *Flor-* al
vero recte monet. REITZ. Fortasse *Solanus* cogitaverat *Ba-* pr
sileensem tertiam, quae vere habet ὁρῶμεν. LEHM. p

Pag. 316. l. 7. Κατ' ἐκεῖνο) Variationem frustra quae- s
vit *Solanus*; nec ea opus est. Nam licet θαλάττα praeced- c
potest tamen neutrum ἐκεῖνο ad πέλαγος paullo ante praem- l
sum referri, vel, quod malim, absolute positum accipi s
loco; veluti ἐπὶ τὸ, et εἰς τόδε *huc*, intellecto χωρίον, accip- c
tur, vid. *L. Bos* de ellipsi in χωρίον. Verum et praeter- f
neutrum genus, ut generale, etiam stubstantivis masculi- a
et femininis jungi, quis nescit, ut *Long.* Past. I. p. 8. ἡ n
Νάπη, τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο. Vel, ut in tritissimo illo *Aelia-* s
X, 10. τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος. *Epist. ad Rom.* XIV. 18. ὁ
τούτοις habet, post praemissa tria feminina δικαιοσύνη, γε- t
et εἰρήνη. Sed de aliis paullo durioribus jam dictum ad He
viv. c. 13. ubi μία πάντων pro πασῶν. REITZ.

Ead. l. 10. Εὐπρόσιτος) Antea legebatur εὐπροσίτως, pr
ve. Ego mutavi. SOLAN. Verti, ac si legeretur εὐπρόσιτος
συνοικουμένη. Gratias agam, qui me docuerit, quae sit o-
προσίτως συνοικουμένη. Ita mox pro προσήειμεν ὑδρευσόμε-
dedisse arbitror Lucianum προῆειμεν, et sic interpretat-
sum. GESN. Recte quidem *Solanum* conjecisse arbitror
πρόσιτος legendum; verum quia neque editio ulla, neq-
Cod. praeit, et plura etiam corrigenda restant, nihil muta-
Nam comma etiam post εὐπροσίτως addendum; tum pro
νοικ . . . ἐνοικ. legere malim; certe illud συν in *Fr* ita ex-

atum est, ut parum differat ab ἐν. Reitz. Etsi *Francofurnsis* Ed. vere habeat ἐνοιx., ejus tamen solius, per se nulla st auctoritas. Imo nec opus est mutatione, quum χώρα συνκουμένη nihil habeat, ob quod condemnetur. Certe eanem plane locutionem reperias apud *Xenophontem* Oecon. IV, . Εὐπροσίτως autem mutandum esse, quidquid dubitet *Reius*, ostendunt jam Codd. Aug. et Gorl. ubi, quod *Solanus* t *Gesnerus* conjecerant, vere legitur, εὐπρόσιτος. Ceterum anc virorum illorum emendationem jam probaverat Censor dit. *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 247. Denique uod vitium *Gesnerus* in προσῆιμεν odoratus erat, arguunt unc quatuor Codd. recentius collati, legentes προῆιμεν, uod recte recepit *Schmiederus*. Lehm.

Pag. 317. l. 2. Καίτοι) Legendum potius καί τι *Solan.* arg. *Junt.* adleverat; quod non improbem. Reitz. Omis- καίτοι Mss. Regg. 2954. et 3011. mox pro σιτίου legunt σια. Sed mallemus cum *Solan.* καί τι. Bip. Modestior certe cautior *Bipontinus*, quam *Schmiederus*, qui καίτοι prorsus ojecto quamquam praeeuntibus aliquot Codd., et σιτία edito ro σιτίου, locum magis depravasse, quam emendasse dici otest. Maximam tamen culpae partem sustinet *Belinus*, qui ribat: *Cette phrase* (i. e. sententia loci) *n'a point besoin de rrectif ni de restriction, et ce n'est que dans ces deux sens que n peut employer* καίτοι καί. Verte: *quamquam etiam*, et nti simul genitivi partitivi elegantiam. Aquationem scilit narrat auctor non unam quidem, sed tamen praecipuam isse caussam, cur appulerint. Frumentorum inopiae etiam ia forte via succurri potuit. Ceterum nec quod *Solanus* aluit, καί τι καὶ inelegans foret lectio, dummodo caussa est, ob quam vulgata mutaretur. Lehm.

Ead. l. 12. Κτείνομεν) Et sic cum J. habere *Fl.* et *H.* norat *Solanus*; sed habent et aliae. Cur autem variationem aesivit? quia ἐδιώκομεν et κτείνομεν diversa sunt tempora, eoque διώκομεν potius legi quis malit; id quod nec ego imobaverim. Verum in eadem hac Hist. id occurrit adeo freenter, ut studio tempora variasse videatur auctor: nam paullo ante non item quaesivit varietatem, cum legeret ωκον, καὶ λαμβάνουσι, et paullo post λαμβάνομεν, καὶ ἀνεέφομεν pro ἀναστρ. et cap. 46. εἶδον, καὶ συλλαμβάνω, καὶ ἔκρινον· ut alia mittam. Conjunctiones enim similia temra non regere, supra jam diximus. Et ex Latinis sexcensimilia proferre liceret, ut *Sallust.* Jug. c. 113, 7. *Jugurtha llac vinctus traditur, et ab eo ad Marium deduotus.* Quin et dus diversus interdum conjunctionem sequitur, ut apud

Liv. II. c. 23, 11. *Postulare — ut senatum vocarent, curiamque ipsi circumsistunt.* Ac ne credas *postulare* ibi pro postulatum positum, vid. not. *Dukeri*, qui ex eodem adfert *moliri — et pertentant*, aliaque similia. REITZ.

Pag. 319. l. 4. *Μεγάλα*) Pygmaeos *Ctesiae* hic ridet. Vide *Photii* Excerpta. SOLAN.

Ead. l. 5. *Ποδεῶνας*) *Leop.* 136. SOLAN. At supra Contempl. §. 3. *τὴν ὀθόνην στεῖλαι, ἢ ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ κοδὸς*, ubi *Solan.* similia ex *Nostro* produxit. REITZ.

Ead. l. 6. *Ἄλλοι δὲ μετὰ τούτους, ἐπὶ φελλῶν καθήμενοι, ζεύξαντες δύο δελφῖνας, ἤλαυνόν τε, καὶ ἡνιόχευον· οἱ δὲ προϊόντες ἐπεσύροντο τοὺς φελλούς*) Vertunt: *post hos et alii suberibus insidentes, junctis duobus delphinis remigabant, et equitabant, alii praecedentes subera trahebant.* Ita vertentes indicarunt, se mentem auctoris non satis percepisse. Nam, ut taceam, *μετὰ τούτους* hic potius significare praeter hos, observandum est, *Lucianum* de *suberibus* loqui tanquam de vehiculis; de *delphinis* tanquam de equis vehicula trahentibus; de *hominibus* illis, qui suberibus insidebant, tanquam de aurigis vehicula agitantibus, et moderantibus; aurigarum enim propria sunt verba, quibus utitur, *ἐλαύνειν* et *ἡνιοχεύειν*: quae propterea hic non reddenda erant, *remigare* et *equitare*. Et per *οἱ δὲ προϊόντες* non intelligendi sunt *homines alii*, uti habet versio; sed illi *delphini*, qui suberibus juncti erant. Totus itaque locus hoc modo est vertendus: *Praeter hos et alii suberibus insidentes, junctis duobus delphinis, agitabant, et moderabantur eos: illi vero* (scil. delphini) *praeeuntes trahebant subera.* VITRING.

Ead. l. 7. *Φελλῶν*) Si quis auctoritates super h. v. et asu desiderat, adeat *Bergler.* ad *Alciphr.* Ep. I, 1. p. 7. REITZ.

Ead. l. 13. *Ἑλλάδα φωνὴν*) Pro *Ἑλληνικήν*. Sic *Σκύθην οἶμον* pro *Σκυθικὴν ὁδὸν* ex *Aesch.* Prom. p. 5. et *γυναῖκα μαζὸν* ex *Hom.* Il. Ω, 58. nec non *Ἑλλάδα διάλεκτον*, aliaque similia, ex *Eustath.* adfert *Maittaire* de Dialect. p. 78. Plura *Jens.* in Lectt. Lucian. pag. 89. ad 94. quae pertinebant ad Dial. Deor. XV, 1. ad verba *τέχνην βάναυσον*; ibi autem non sunt inserta, quia nimis erant multa. Meretur tamen hue addi, quod postea margini adlevit idem *Jensius*: *Ἕλληνα πλεῖμον* habet *Thucyd.* p. 104. in Oratione Periclis (i. e. lib. II. c. 36.) REITZ. Cf. Diall. Mortt. XII, 2. e. a. LEHM.

Ead. l. 16. *Καβαλοῦσα*) An *Κοβαλοῦσα*, a *κόβαλος*, i. e. *κοβαλόεσσα*; GUYET. Hactenus *Lucianus* nomina finxerat intellectu satis facilia. Nunc autem *Cabalusam* et *Hydamandiam*, monstrosa et barbara vocabula, cur obtrudat, nondum

=itis perspicio. Est tamen Graeca vox καββαλικὸς, vel huic roxima καββάλιος, quam *M. Aurelius* (VII, 52.) et alii usurant *projiciendi* sensu. Vide ad eum locum *Gatakeri* not. et *'lut.* 421, 2. καββαλικώτερος. Sed pone, regionem Καββαλοῦαν ideo dictam, quia feminae istae advenas mactarent, quid rit urbs Τδαμαρδία; Parvi quidem hoc refert; sed tamen ad quam alludit, in quam magae istae se convertebant. Regiem *Cabalensem* memorat *Strabo* XIII. sub fin. p. m. 434. A. OLAN. Καβαλοῦσα forte est καββαλοῦσα, id est, καταβαλοῦσα, dejiciens homines ad illa χαμαιτυπεῖα. Circa Τδαμαρδίαν es difficilior. Si eventum narrationis spectes, possis suspiari, Τδαμαυρίαν dedisse *Lucianum*, διὰ τὸ εἰς ὕδωρ ἀμαυροῦσθαι τὰς γυναῖκας· ut nempe in aquam, in fumum, et, si quid his fugacius est, abeunt voluptates venereae, postquam lejecere ignavos, et similes libidinosis asinis homines. GESN. *Belinus* conjiciebat Κασαλβαδοῦσα, *l'isle des courtisanes*, a κασάλβαδες, laudatque *Aristoph.* et ejus Schol. Ἐκκλ. v. 1106. BIP. Barbara haec et arcana nomina nemo nunc facile interpretetur, vel, si a librariis corrupta sint, emendet. Nec Codicum Aug. et Gorl. lectio Τδραμαρδία multum praebet lucis, quamquam *Gesneri* conjecturae aliquid momenti addere videatur. *Belini* Κασαλβαδοῦσα ingeniose certe ficta est. Omnino autem *Wielandius* judicat operae non esse in hanc rem studiosius inquisivisse. LEHM.

Pag. 320. l. 1. Λαβοῦσαι) Angl. διαλακοῦσι. BOURD.

Eod. l. 2. Ἑκάστη πρὸς ἑαυτὴν ἀπῆγε, καὶ ξένον ἐποιεῖτο) Interpres: *secum quemque singulae abduxerunt* etc. Mallem: *singulae quemque domum suam abduxerunt.* Ita passim, ὡς αὐτὸν, et πρὸς ἑαυτὸν, παρ' ἐμὲ etc. Sic in Asin. c. 42. ἐπιθεὶς μοι τὸν πυρὸν, ὡς ἑαυτὸν ἤλαυνεν, *imposito mihi tritico ad se*, h. e. ad aedes suas, *me ducebat.* Sic etiam ibid. cap. 55. et in Gallo, fine c. ult. παρ' ἡμᾶς. VITRING.

Ibid. Ἐγὼ δὲ μικρὸν ὑποστὰς) *Belinus* ad h. l. adnotat: *Je soupçonne une lacune dans cet endroit, où le texte dit:* pour moi je m'arrêtai un peu. *Ce ne peut-être dans la campagne: mais chez la courtisane qu'il apperçoit les ossemens dont il parle plus bas; et c' est peut-être au moment où elle lui offroit ses faveurs, qu'il dit*, je m'arrêtai etc. BIP. Argutius haec *Belinus* disserit. Ἐγὼ δὲ μικρὸν ὑποστὰς est: *non statim sequebar, ut ceteri*, sed *paullulum cunctatus, quum circumspicerem* etc. *provide sum et caute secutus.* Secutum autem se esse non diserte quidem dicit, sed colligitur ex omni narrationis forma. Non frustra nempe dictum μικρὸν ὑποστὰς, et paullo post: μετ' ὀλίγον δὲ, i. e. quum jam ab hospita essem exceptus. LEHM.

Ead. l. 7. *Μαλάχην*) Confer supra c. 28. Solan. Quia nempe ad hoc ipsum discedenti ex Heroum insula dederat Rhadamanthus. Gesn. In his allusio inest ad *Homeri* μῶ. Odyss. X, 305. et quae postea stricto gladio extorquentur et haec referunt imaginem stricti ab Ulysse adversus Circe gladii, ibid. v. 321. ut recte animadvertit *Belinus*. Lehn.

Ead. l. 12. *Ὀνοσκελέας*) De hac copiose *Coelius*. Tangit *Gilbert*. *Gaulminus* ad *Psellum*. Interpr. *Aristophan.* ad Ranas. Boiard.

IN TYRANNICIDAM.

Pag. 823. l. 3. *Ἀνῆλθέ τις* etc.) Argumentum hujus controversiae in *Colleotaneis Galeanis* integrum legitur. Solan.

Ead. l. 5. *Καὶ αὐτὸν*) *Καὶ* abesse etiam a *Flor.* notat *Solanus* in marg. *J.* Si eo charactere Flor. Edit., ut solet, designat, errat; nam comparet in ea. Igitur Codicem Flor. intellexerit oportet. Reitz.

Pag. 824. l. 1. *Ἀποσκευασάμενος*) Ut Galli *depecher* pro occidere, et nos *afschepen*. Sic et *Herodian.* VII, 1, 7. *εὐθέως οὖν τούς τε φίλους πάντας — ἀπεσκευάσατο.* Ac persaepe alibi: quod tamen plenius effert L. 2, 10, 7. *τοιοῦτον ἀνδρα φόνῳ ἀπεσκεδάσαντο.* Reitz.

Ead. l. 8. *Ζῶντι*) In libello Tyrannicida inscripto ait auctor c. 1. *Ὁ παῖς δὲ ἐκείνου (τυράννου) τέθνηκε μὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησε δέ μοι καὶ ἀποθανὼν πρὸς ἄλλον φόνον, ζῶντι μὲν συναδικῶν τῷ πατρὶ, μετὰ θάνατον δὲ πατροκτονήσας, ὡς ἐδύνατο.* Rotundiori et efficaciori sensu videtur mihi *Lucianus* scripsisse *ζῶν*. Scilicet is, qui tyrannum ipsum occidere voluerat, arce conscensa, invento tyranni filio trucidato, et relicto gladio, effugit: pater trucidatum filium reperiens, et ipse eidem illi gladio incubuit. *Filius itaque tyranni*, inquit, *mea quidem manu cecidit, at jam mortuus mihi ad aliam caedem ministerium praestitit; vivus quidem una cum patre injurius a iniquus, mortuus vero, patre, qua potuit, trucidato.* Filium namque quasi caussam paternae caedis agnoscit, cum pater prae *φιλοστοργίᾳ* sibi ipse violentas manus intulerit. Longe perfectior est antithesis *vivens una cum patre injurias exercuit, mortuus parricidium commisit;* ut pateat, tyranni filium et vivum et mortuum fuisse sceleratissimum; atque adeo pulcher-

num esse facinus, tantum scelus de medio sustulisse. Jens. ῶν ἔτι) In omnibus scriptum invenio ζῶντι, quod cum pam sententiae adversetur, exsulare jussimus. Emendationem nostram firmabunt loca seqq. μὴ ἀξιώσαντες ἀπαγορεῦσαι ὄντας ἔτι ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν οἰκείων, Anach. c. 38. Et in Naig. c. 40. ὁρᾷς οἷα μὲν ζῶν ἔτι ἔξεις πράγματα δεδιὼς καὶ φρονζων καὶ κάμνων. Et Ver. Hist. II. c. 10. τί παθόντες ἔτι ζῶνς ἱεροῦ χωρίον ἐπιβαίημεν. Vid. Il. Σ, 10. Solan. Ζῶντι) idetur omnino legendum ζῶν. Gesn. Ζῶν ἔτι) Veritas conecturae *Solani* ita se mihi probavit, ut fidem librorum in re am aperta et mutatione adeo exigua exspectare nihil opus uxerim, et cum versio ac nota *Gesneri* quoque sic jubeat, anto magis utrique obtemperavi. Potest quidem ad priorum ditionum lectionem versio ita detorqueri, ut aliquis inesse ensus appareat, sed is adeo friget prae restituta lectione, t frustra illam defendere quaeras. Jam enim vera patet oppositio, quid *vivus* filius praestiterit, quid *mortuus*. In eo nim vis argumenti versatur, neque quid *vivus pater* ab eo assus fuerit, hic narratur. Reitz. Hanc emendationem probavit Censor Edit. *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. . 246. et secuti etiam sunt recentt. Editores. Lehm.

Pag. 325. l. 1. Ἐλπίδος) *Spes* pro *metu* si absolute non dicitur, (ut nonnulli negant, inter quos *Vossius* Inst. Or. IV, 12, 3.) tamen pro exspectatione tam adversarum, quam bonarum rerum, Graecis aeque ac Latinis dici, peritis satis notum; sic mox c. 11. f. τίς ἐλπὶς τοῦ φόβου, ubi plura simil. dabimus. Et c. 18. μελλόντων ἐλπίδας χρόνων, quod *Erasmus* vertit, *quique in posterum imminebant metus; Jensius, futur. tempor. horrores:* sed quia ἐλπίδι φόβος additur, dices, distingui a *metu* spem malam: recte; at non alio gradu, quam temporis; φόβος enim *timor* s. *terror* est ob mala praesentia, ἐλπὶς κακῶν *metus futurorum*, s. *exspectatio malorum*, quod eodem redit. *Herodian.* L. 2, 1, 16. Πάλαι μὲν τόδε τὸ τέλος τοῦ βίου εἶχον δι' ἐλπίδος, *hunc exitum vitae* (i. e. necem a percussoribus immissis) *diu sperabam* i. e. metuebam. Scio, *spem* ac *metum* esse opposita; ideoque non idem valere. Sed si addas *futurorum*, dicasque *metum futurorum*, recte dixeris; et hinc saepe ἐλπίζειν alii ἁπλῶς *metuere* verterunt, ut in *Herodiano* saepissime, nec male, quia ex sequentibus satis patet, ad futura illum metum referri. *Sed satis hoc egi in libro de* Ambiguis p. 565. Et jam nimius fui in vulgaribus. Reitz.

Pag. 326. l. 10. Κελεύει) Ita *B.* 2. et *S.* Reliquae κελεύει. Solan.

Pag. 327. l. 3. Τοὺς τυραννουμένους) *Tyrannide vexatos.*

Guyet. Male interpres, *qui tyrannidem adfectantes e medio tollebat. Τοὺς τυραννουμένους*, hoc est, *tyrannide vexatos.* Menag. *Τοὺς τυραννουμένους ἐκκόπτων* cum *J.* habere *Fl. H.* et *S.* notarat *Solanus.* Forte igitur aliam quaesivit lectionem: nam *Erasmus* verterat, *tyrannidem adfectantes*, quod non video, qui cum Graeco verbo congruat; quia τυραννοῦμαι passive solet accipi, ut paullo ante, *ἐτυραννεῖτο.* Ut sp. *Dion. Hal.* IX. p. 601. 37. *βασιλευομένης τε καὶ τυραννουμένης τῆς πόλεως.* Iterum XI. p. 721. 23. et alibi. *Herodian.* I, 16, 1. et sic passim apud alios. Sed media forma accepit *Erasm.* Concederem, si a *τυραννιάω* formatum esset, quod *tyrannidem adfecto* signific. Sed quid si pro *ἐκκόπτων* legamus *ἐγκόπτων*, ut significetur, filius subditos arcebat, *impediebat eorum consilia*, et sic melior erit gradatio. Verba proxime sequentia, *ὁ τοὺς ἐπιβουλεύοντας φοβῶν*, *Erasmus* etiam infeliciter reddiderat, *qui insidias formidabat.* Sed plura ejusmodi juvenilis versionis *τεκμήρια* insunt huic dissertationi, quam ut ubique ea indicare opus sit. Reitz. *Reitzii ἐγκόπτων* nec opus est, nec placet. *Ἐκκόπτειν* h. l. eodem sensu, quo supra Ver. Hist. I, 39. *πάντας ἅρδην ἐξεκόψαμεν.* Gradationem autem ego ne tum quidem in h. l. video, quum legeris *ἐγκόπτων.* Lehm.

Ead. l. 5. *Ὁ τοὺς ἐφήβους ἀνασπῶν*) Vix dubium est, quin illud genus injuriae notetur, quo adolescentuli vel castrantur plane, vel nervis certe *convulsis* aut contritis ad generandum redduntur inhabiles: tyrannorum opus, quod ab Orientis regibus didicere. Huic re aptum esse verbum *σκέν*, faciunt *spadones.* Vid. viri docti ad l. 128. de V. S. Sed est etiam apud *τοὺς ὁ Levit.* XXII, 24. *ἀπεσπασμένον*, respondens *תָּרוּחַ*, atque *τῷ θλαδίᾳ* et *ἐκτεθλιμμένῳ* et *ἐκτομίᾳ* junctum. Habet *ἀποσπάδας Suidas, τοὺς ἀποσπασθέντας*, quibus jungit *ἀποσπάδοντας τοὺς ἀποκοπέντας.* Quae cum ita sint, legendum puto *ἃ τοὺς ἐφήβους ἀποσπῶν*, et vertendum, ut posui, utque *Erasmus* jam posuerat, a quo discessum non oportuit. Quod si *ἀνασπᾷν* eodem modo accipi posse doceat aliquis, mutatione plane opus non fuerit. Neque tamen, si cui ista displiceant, vehementer repugnaverim, si *ἀνασπᾶν* retinere velit, et interpretari *contrahere, sibi adjungere, quasi sursum, in arcem suam, trahere.* Gesn. Haec haud dubie mens fuit auctoris mens, sed illa potius, quam *Gesnerus* antea exposuerat. Unde cum eo legam *ἀποσπῶν*, et scriberem etiam, nisi omnes libri in *ἀνασπῶν* consentirent. Lehm.

Pag. 328. l. 11. *Οὐ*) Ita Mss. Regg. 2954. et 3011. Vulg. *οὐδέ.* Bip.

Ead. l. 14. *Τῆς ἐμῆς*) *Ταῖς ἐμαῖς.* MARCIL.

Pag. 329. l. 6. *Πάντες ἦμεν*) Sic Ms. Reg. 3011. melius, quam quod in Edd. est, *πάντες μέν.* BIP.

Ead. l. 16. *Ἀλλὰ μετὰ τὴν συμφορὰν, μηδὲ τὴν αὐτὴν κερδαίνειν*] Haec *J. Seagerus* in Class. Journ. Vol. XV. p. 151. ita legi jubet: *ἀλλὰ μετὰ τὴν συμφορὰν, (necem filii visam) μηδ' ἐὰν ταύτην κερδαίνειν* (moriendo scil. antequam vidisset). *Κερδαίνειν* dicit esse *devitare*, et supplicium *κερδαίνειν* eum dici, cui condonetur. At sic arguta declamatoris sententia etiam argutior redditur. Nihil omnino est mutandum, modo sic capias sensum: *Oportet jam alium* (quam ego sum, fortissimus vir) *quaerere carnificem, a quo ille digniori modo digladietur. Neque post calamitatem* (necem filii) *oportet eum eandem* (int. *τὴν συμφορὰν*, non, quod *Conr. Reitzio* placuit in Ind. s. *κερδαίνειν, τὴν σφαγὴν*, quamquam tandem eodem redit) *lucrifacere*, i. e. eadem fortissima manu, qua filius ceciderat, cum gloria aliqua necari, qua non erat dignus, quam igitur lucro sibi apponere poterat. Ergo in *τὴν αὐτὴν* vis est sententiae, quam *Seageri* mutatio multo diminuit. LEHM.

Pag. 330. l. 3. *Ὁ δὲ*) Tyrannicida gloriabundus commemorans, tyranni filium, juvenem, robustum, pessimum patriae immanitatis sectatorem, a se occisum esse, idque gloriosius sibi multo esse, quam si tyrannum ipsum, superstite adhuc filio, occidisset; ait, se noluisse patrem tyrannum sua manu interimere: neque enim ulli futurum sibi fuisse gloriae, post tam nobile facinus, ignobiliori caede praecedens decus comminuere: propterea se reliquisse gladium, quo pater posset, si vellet, uti; atque adeo gladium sibi fuisse ministrum. *Ὁ δὲ*, inquit porro, *ὅπερ ἐγὼ προὐμαντευσάμην, διεπράξατο, καὶ ἐνυαννοκτόνησε, καὶ τέλος ἐπέθηκε τῷ ἐμῷ δράματι.* Pro *ὁ δὲ*, legendum necessario vel *τὸ δὲ*, vel, ut potius nihil mutetur, *ὃ δέ*. Intelligitur *ξίφος*, quod tyrannicida reliquerat occiso tyranni filio; et cui (*ξίφει*) quasi imperaverat, ut pro se reliquum opus efficeret, ipsum nempe tyrannum confoderet. Propterea deinceps c. 19. loquens suum gladium, ait, *ὦ ξίφος, κοινωνὸν, καὶ διάδοχον τῶν ἐμῶν κατορθωμάτων.* JENS. Nihil muto. De gladio *am forti*, quasi vir esset, loquitur. SOLAN. Masculin. gen. *it*, etsi referendum ad praemissum *τὸ ξίφος*. Sed vid. supra d 2. Ver. Hist. c. 37. Et *Maitt.* de Dial. p. 84. et 263. Ubi *δὲις γυνὴ*, ex *Achill. Tat.* aliaeque generis enallagae referunr. Non tamen hic statuo enallagen generis proprie sic dicm; sed *Solano* accedo, dicenti, *alloquitur gladium, ut per-*

sonam; idque confirmo ex c. 19. ubi gladium *facti socium* vocat, et se ambos *praemio dignos* pronunciat, masculino gen. Reitz. Non inscite *Solanus* masculinum defendit, ad gladium ὁ δὲ, tanquam δήμιον, vel τυραννοκτόνον, referens. At si ὁ δὲ legitur, mihi quidem aliqua ambiguitas loco inhaerere videtur, ut dubites paullulum, utrum senex ille tyrannus, an gladius, intelligatur. Hoc sequentia suadent, illud generis ratio paene imperat. Accedo igitur *Jensii sententiae*, idque tanto confidentius, quum in Gorl. etiam vere τὸ δὲ sit repertum. Lehm.

Pag. 331. l. 13. *Τῶν*) Illud τῶν officere videtur sententiae. Nam si ejus rationem habeas, ita vertendum fuerit, *si quis est eorum, qui ante me fuere, praemio dignus:* quod a nemine factum puto. Et sane aut omittendum videtur, aut in πω, aliamve particulam mutandum. Gesn. *Jacobsius* in παρὼν mutandum censet. Vitium certe esse antiquum, non est, quod multis ostendatur. Quid autem *Lucianus* ipse scripserit, facilius conjicias, quam probes. Lehm.

Pag. 332. l. 11. *Ἐμὸς ὁ φόνος*) Eleganter sane idem Tyrannicida, qui Tyrannum ad suam ipsius caedem adegerat, ait: ἐμὸς ὁ φόνος, ἡ χεὶρ ἐκείνου. *Si enim ego*, inquit, *filium obtruncavi, prae cujus desiderio pater non poterat vivere, ipse patrem occidi: mea est caedes, manus ejus fuit ministra.* Phyllis apud *Ovidium:*

Ille necis causam praebuit, ipsa manum.

Et apud eundem in Fastis, ipsiusque Didus epistola:

Praebuit Aeneas et causam mortis et ensem.
Ipsa sua Dido concidit usa manu.

Persequitur porro Tyrannicida: *Μὴ τοίνυν ἀκριβολογοῦ ἔτι περὶ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς, μηδ' ἐξέταζε ὅπερ ἀπέθανεν.* Hoc tamen Amstelaedamenses *εὖ ποιοῦντες* correxerunt, ediderunt*que* ex antiquis Edd. ὅπως ἀπέθανεν. Aldina tamen (non certe secunda. L.) hac labe inquinata quoque est. Pergit Noster, id mirum inquirendum esse, *εἰ μηκέτ' ἐστιν, εἰ δ' ἐμὲ τὸ μηκέτ' εἶναι ἔχει. ἐπεὶ κἀκεῖνο προσεξετάσειν μοι δοκεῖς, καὶ συκοφαντήσειν τοὺς εὐεργέτας, εἴ τις μὴ ξίφει, ἀλλὰ λίθῳ, ἢ ξύλῳ, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ ἀπέκτεινε. τί δὲ εἰ λιμῷ ἐξεκολόρησα τὸν τύραννον* etc. ἄλλῳ τῳ τρόπῳ, *alio quo modo;* nempe articulus hic pro τις ponitur; ergo ita, uti fecimus, scribendum. Interpres egregie sane agit, verba *εἰ δὲ λιμῷ ἐξεκολόρησα*, vertens, *si fame obsedissem.* Sed debuit bonus noster, *si fame expugnassem.* Jens.

Ead. l. 13. *Ὅπως*) Miror, diligentiam *Solani* hanc varietatem praeteriisse, quam editiones conferens deprehend

inter ὅπως et ὅπερ. Et cum viderem principes Edd. prius habere, id recepi, non curans quid reliquae habeant. Reitz.

Ibid. Εἰ μηκέτ' ἐστιν) Adleverat *Hemsterh.* videndum *L. Bos* in Exerc. Phil. ad N. T. p. 5. Is autem ibi occasione verborum Evang. *Matth.* II, 18. Ῥαχὴλ κλαίουσα — ὅτι οὐκ εἰσί, plura testimonia adfert, ubi haec phrasis de mortuis adhibeatur, non omisso etiam hoc *Luciani* loco. Reitz.

Pag. 338. l. 3. Ἄλλῳ τῳ τρόπῳ) Articulum τῳ pro τινὶ hic accipiendum, recte monuit *Jens.* nota superiore. Exempla vero vid. Prometh. in Verbb. c. 7. ibique *Hemsterh.* Adde *Gesn.* ad Quom. hist. cap. 51. Reitz.

Ead. l. 9. Ἐλπὶς τοῦ φόβου) Conf. hujus Diss. c. 3. et 18. Adde *Thucyd.* VII. c. 61. (quem adeundum *Hemsterh.* in marg. admonuerat) ubi τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου similiter dictum, alio *Thucyd.* testimonio ab *Wassio*, hoc ipso vero *Luciani* loco ab *Dukero* confirmatur. Reitz.

Ead. l. 11. Χρωμένου) Retulit librarius ad συκοφαντοῦντος. Sed esse debet accusativus junctus infinito ἀποστερεῖν. Quam pronum fuerit ν mutare in υ, apparet. Gesn. Χρώμενον in Gorl. supra scriptum est exhibita in textu lectione χρωμένου. Quae cum manifesto cum legibus linguae pugnet, *Gesneri* sententiae accedendum putavi. Lehm.

Ead. l. 15. Εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν, ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε, μηδὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἠνάγκασε δὲ, καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου, τὰ ἴσα καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι, μάλα δικαίως. οὐ γὰρ ἐβούλετο τοῦ πεπραγμένου ἴσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας) Vertitur: *Si quis ipse occidit, aut si non ipse quidem occidit, neque manu facinus peregit, verum compulit, praebuitque mortis occasionem. Ex aequo et hunc quoque supplicio affici oportere lex censet, idque jure optimo. Audaciam enim facto minus valere noluit.* Non nisi inficete haec ultima reddi vides, *Audaciam enim facto minus valere noluit.* Ubi hoc in Graecis? An ἴσον γίγνεσθαι significat *minus valere?* Λῆροι, λῆροι. Explodenda quoque correctio *Marcilii*, pro οὐ γὰρ legentis καὶ γάρ. Nihil hic intellexerunt boni viri. Id vult Tyrannicida: duas esse caedis causas, legibus praefinitas; *si quis* vel *ipse occiderit*, vel non ipse quidem sua manu, sed coëgerit, mortisque occasionem praebuerit. Ex aequo et hunc quoque puniri, censere legem: et quidem id jure censere legem. *Neque enim* (pergit ille, quae ita vertenda sunt) *voluit* lex, *ejus, qui tantundem commiserit, esse impunitatem;* hoc est, noluit lex, id impunite abire alicui, qui plane id, quod secundum leges etiam caedes censetur, perpetraverit. Τὸ τῆς ἀδείας, usu loquendi Graecis tritissi-

mo, est hoc in loco *impunitas*. Praecipue autem videtur *Marcilius* cum interprete offendisse ad πεπραγμένου, quod pro ipso facto uterque adspexit; ubi πεπραγμένος (nam in masculino hic πεπραγμένου dicitur) sit ipse interfector, hoc quidem in loco. Saepissime Graeci perfecto passivo pro activo utuntur. *Lucianus* id facit passim. Sic in Nigrino §. 10. Σὺ γὰρ ὀλίγα, καὶ ὅσα οἷόν τε ἦν, τυγχάνεις τῇ μνήμῃ συγκεκομισμένος, *Tu enim pauca, et tantum quantum pote erat, memoria complexus tecum adfers*; pro συγκεκομικώς. Lib. 2. Verae Hist. cap. 33. Οὗτος γὰρ δὴ ἄρχει παρ' αὐτοῖς, σατράπας δύο, καὶ ὑπάρχους πεποιημένος, *Is enim apud illos regnat, duobus satrapis et praefectis creatis*. In Tox. c. 11. ἔστι μὲν, ὦ Τύχαρι, οὐ φαῦλον τὸ ἔργον ἀνδρὶ οἵῳ σοὶ, — τεθηγμένους παρεσκευασμένῳ τοὺς λόγους, *Est quidem, o Toxari, res haud parva viro, qualis tu es, paratam habenti orationem solerti acumine*. *Aelianus* VI. Ποικιλ. c. 11. Οἱ δὲ οὐκ ἤθελον, δηλονότι πεπειραμένοι αὐτοῦ, pro πεπειρακότες. *Diodorus Sic.* lib. IV. cap. 69. Ἐξήγονοι τὴν στρατείαν ἐπιφανῆ πεποιημένοι. Sic πεποιημένος ἐνίκας apud eundem lib. V. cap. 58. *Polybius* lib. I. Ῥωμαίοι Τυρρηνοὺς ὑφ' αὑτοὺς πεποιημένοι· et, τοὺς Καρχηδονίους πολλὰ μέρη τῆς Λιβύης ὑπήκοα πεποιημένους. *Dionys. Halic.* lib. IV. ἀρχαιολογ. Ἐὰν εὑρεθῇ παρεσκευασμένος ὅπλα. Sic κεκτημένος passim pro domino, cum proprie is sit κεκτηκώς. Nec in Participiis tantum, sed etiam in Indicativis utuntur passivo, sensu activi. *Lucianus* in De saltatione cap. 79. Ἡ μέν γε Βακχικὴ ὄρχησις κεχείρωται τοὺς ἀνθρώπους, perspicue pro κεχείρωκε. In Deor. dialogis VII. fin. Ῥάβδον τινὰ πεποίηται θαυμασίαν τὴν δύναμιν, ᾗ ψυχαγωγεῖ, καὶ κατάγει τοὺς νεκρούς, *virgam quandam fecit* Mercurius, *mirifica pollentem vi, qua animas sub tristia tartara mittit*. Sic ἐπεποίητο pro ἐπεποιήκει *Noster* in: Prometheus es in verbis. Itidem in Infinitivo: iterum *Noster* in Hermotimo c. 54. Φασὶ γέτοι Φειδίαν, ὄνυχα μόνον λέοντος ἰδόντα, ἀπ' ἐκείνου ἀναλελογίσθαι ἡλίκος ἂν ὁ πὰς λέων γένοιτο. E contrario ἁλοὺς in activa forma, significatione passiva poni, nemo harum literarum peritus ignorat. Ita ἑαλωκὼς valet captus apud *Nostrum* in Philopseude c. 2. Huc referam quoque id, quod in Glossario legitur, *Absumptum*, καταναλώσαντα· nec sentiam cum *Vulcanio*, emendante καταναλωθέντα. Ego existimem, quia καταναλώσαντα, quamvis in activa forma, repertum fuerit significatione passiva, propterea potissimum fuisse notatum. Nam profecto iterum habes idem in Glossario Graeco-Latino, καταναλώσαντα, *absumptum*. Caeterum quod monere fere oblitus eram, locus, quo de agimus, ita, ac nos eum supra posuimus, distingues-

est: vulgo male, καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου τὰ ἴσα, τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι. Sequitur conio apud *Nostrum*, Εἶτα τὸν μὲν οὕτως ἀποκτείνοντα, κολάῶς ἀνδροφόνον ἀξιοῖς, καὶ οὐδαμῶς ἀφεῖσθαι θέλεις. τὸν δὲ ὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον εὖ πεποιηκότα τὴν πόλιν, οὐ τῶν ίων ἀξιώσεις τοῖς εὐεργέταις. Haec per interrogationem puprolata esse, atque adeo ejus signum in calce utriusque iodi requiritur. Secundum leges, ait, non modo qui ipse dem perpetravit, punitur, sed et qui utcunque caedis tor fuit. *Ergone eum,* (pergit) *qui ita cecidit aliquem, putanquam homicidam censes, et neutiquam absolvi vis? Eum , qui pari ratione ac ille* (scilicet qui caedem commisit, t utcunque fuerit auctor) *bene de civitate meritus est, non lem dignum censebis, quibus dignos censes bene meritos?* Forscripsit quoque *Noster* ἀποκτείναντα, non ἀποκτείνοντα. l illud κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον, utique sanum et sinum est, ac ab *Marcilio* indigne sollicitatum. Est enim, exposuimus, *pari ratione mereri praemium censendus est hic, ille* (*qui caedis auctor fuit,*) *vere commisisse caedem, et pundus esse, censendus est:* sive, *eadem ratione illi rationi, am modo posuimus.* Sic enim αὐτός τινι dicitur, qui plane em sit, ac alius. Jens.

Pag. 334. l. 2. Μάλα δικαίως) Καὶ μάλα δικαίως. Marcil. on improbem illud καὶ μαλά, si plures Codd. addicerent: m vulgata claudicabat; quia comma ante μάλα expressum at, quod jam sublatum minus hiantem facit orationem: si is tamen καὶ insertum cupit, ei licet id adsumere. Reitz. mittitur in talibus haud raro particula καὶ, ut infra c. 18. τότως simpliciter legitur adjunctum in simillimo verborum xu. Lehm.

Ibid. Οὐ γὰρ ἐβούλετο etc.) Καὶ γὰρ ἐβούλετο. Etenim vo it par esse facto, id quod extra metum seu periculum facti, τῆς ἀδείας, nempe ἀφορμὴν ἴσως παρέχειν. Marcil. Οὐ ἰρ ἐβούλετο οὗτος. Sic legendum videtur. Et sic videtur gisse interpres. Guyet. Sic P. et L. οὐ γὰρ ἐ. τ. π. ἧσσον τ. τ. ἀ. Antea pro ἧσσον in omnibus legebatur ἴσον. Loam corruptum merito censebat *Vorstius,* qui illud ἧσσον non iderat. Solan. Sic vertere visum, ut ipsa argumentandi tio magis pateret. Opponuntur, ut arbitror, τὸ πεπραγμέον, (ut mox κεφαλὴ τῶν πεπραγμένων, et alia) id quod sua uis manu fecit, et τὸ τῆς ἀδείας. Ἄδειαν autem puto, quam odo ἀφορμὴν τοῦ φόνου dixit. Observantur mihi alia etiam ca, ubi ἄδεια et ἀδεῶς similiter ponunt, ut non tam ad me absentiam et impunitatem, quam ad plenam, *cui nihil*

deest, facultatem, opportunitatemque referantur: sed [illegible] moriae confisus, ut fit, scribere neglexi. Gesn.

Ead. l. 3. τ *Ησσον*) Quia probis Codd. nititur, et [illegible] argumentationem efficit, recepi, et pro *nonne* — *aequa[illegible] non enim minorem*, in versione reposui, ut quam minime [illegible] ta in *Gesneri* interpretatione mutarem; quae ad vulgatam γὰρ — ἴσον composita, sic habebat: *nonne enim volu[illegible] facto aequalem esse suppeditatam plenam faciendi facul[illegible]* Quam versionem ut non rejicio, sic tamen illud ἧσσον planiorem sensum exhibere existimo, quo ipse sic est [illegible] plicior, si sine interrogatione procedat. Est enim sen[illegible] *Lex non minus respicit consilium, quam ipsum factum.* [illegible] enim temerariam atque audacem molitionem hic signifi[illegible] videtur; quare, si liceret, omnia sic redderem: *Non [illegible] voluit* (lex) *facto ipso levius censeri audax consilium*, vel [illegible] tius, *conatum* istius, qui eo minore cum poenae metu [illegible] quod tutius per alium, quam per se caedem perficit. Ver[illegible] et recte *licentiam*, sive *potestatem agendi*, quam alteri fa[illegible] vertas, cujus significatus exempla *Stephan.* in Thes. [illegible] haud nimis accurate, notavit; ideoque hac in parte [illegible] quidem *Gesnero* adversor, modo ea agendi facultas per [illegible] intelligatur, quae simul securitatem quandam aut impuni[illegible] tem promittit. Nam et recte hoc *Josephi* de Bell. Jud. [illegible] c. 7. §. 2. *Διὰ γοῦν τὴν ἐν μετροπόλει στάσιν καὶ ταραχὴν, ἄδει[illegible] εἶχον* (sic enim pro ἔχον lego) *οἱ κατὰ τὴν χώραν πονηροὶ, τ[illegible] ἁρπαγῶν*, convertas: *Itaque propter seditionem ac turbam [illegible] metropoli plenam facultatem habebant nequissimi accolae ad [illegible] nas.* Verum ea facultas licentiam et impunitas spem inv[illegible] vit. Conf. tamen praemissam *Jensii* notam, quam quia [illegible] erudite tradit, integram servavi; circa haec verba ante [illegible] haud scio, an sententiam fuerit mutaturus, si *Solani* [illegible] tam lectionem vidisset. Adsentirer facile de *πεπραγμένου* [illegible] active accipiendo, cujus exempla quoque dedi ad 1. [illegible] Hist. c. 35. Sed quomodo sic τὸ τῆς ἀδείας significet, [illegible] *esse impunitatem*, non video, quia tum videtur dicturus fu[illegible] *Lucianus*, ἐβούλετο γίγνεσθαι τὴν ἄδειαν. At jam τὸ τῆς est [illegible] *centia ipsa.* Reitz. Locum varie vexatum et tentatum [illegible] lego et capio: τὰ ἴσα καὶ τοῦτον (scil. τὸν παρασχόντα ἀφορ[illegible] τοῦ φόνου) ἀξιοῖ ὁ νόμος ἀντικολάζεσθαι, μᾶλα δικαίως· οὐ[illegible] ἐβούλετο τοῦ πεπραγμένου ἧσσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας· [illegible] περιττὴ λοιπὸν ἡ ἐξέτασις τοῦ τρόπου τῆς σφαγῆς. εἶτα etc. [illegible] *dem modo etiam hunc ipsum jubet lex vicissim puniri; idque [illegible] jure: non enim volebat ejus, qui facinus ipse patravit, minor[illegible] esse securitatem* (quam scil. ejus, qui suasit et occasion[illegible]

peditavit): *ceterum etiam supervacanea est investigatio modi, caedes sit facta. Ergone* etc. Jam his, quae sequuntur, ommodatur legis praeceptio ei, de qua nunc agitur, rei. m verba: *καὶ περιττὴ* usque ad *εἶτα* non cum *Wielandio* pro enis habeo, quae ordinem demonstrationis impediant, mo- referantur ad id, quod lex praecipit, non ad sequentia, habeantur pro additamento, quod quasi in parenthesi sit erpositum. Secundum legem illam, ait, non opus est, ut urate etiam in modum caedis patratae inquiratur; modo tum sit et exploratum facinus ipsum. Deinde quod ad τῆς ἀδείας attinet, valde miror, tam longe aberrasse inter- tes a vera et genuina ejus notione. Taceo *Gesneri* admo- m quaesitam interpretationem, qua nimis confisus *Wielan-* s se ipse impedivit. Verum neque id, quod tolerabilius *impunitate Dorvillius* ad *Charit.* p. 255. Ed. *Beck.* et alii sta- runt, admitti potest, nisi simul turpem admittas circu- n in demonstrando. Cape potius de *securitate*, quam pro- e hoc vocabulum significat, et habebis jam optimum sen- m, optimumque simul sententiarum nexum. Ἧσσον autem, od duo Codd. servarunt, vera est lectio, ex qua ob ambi- am pronuntiationem factum est ἴσον; neque cum *Dorvillio* mutandum est in μεῖζον, cujus sensus indoli loci manife- adversatur. Omnino *Dorvillius* levius totum locum per- rrisse videtur. Denique non me male habet, quod verba: λα δικαίως — γίγνεσθαι in Cod. Gorl. desunt, ac deinde nectitur praecedentibus, τῷ τῆς ἀδείας. Quodsi totus lo- s usque ad τῆς σφαγῆς abesset, haberi aliquo certe jure pro iena observatione posset. Sic vero, quum praesertim vo- s τῷ τῆς ἀδείας cum antecedente oratione necti nullo modo ssint, lacunam hanc velim haberi, incuriae illam librarii ibuendam, qui vocibus ἀντικολάζεσθαι et γίγνεσθαι, simili- r exeuntibus inter se confusis, pro verbis μάλα δικαίως im- udenter posteriora τὸ (incaute etiam τῷ scripsit) τῆς ἀδείας ripuit. Ceterum de re conferri meretur simillimus dialogus ortuorum ultimus. LEHM.

Ead. l. 5. Ἀποκτείνοντα) Non rejicio vulgatam; sed com- ode ἀποκτείναντα legas. REITZ. Ergo commode hac com- oditate carebimus. LEHM.

Ead. l. 7. Τὸν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτῳ τρόπον) *Marcilius* το τούτῳ legendum censet τοῦτον. Sed quam habuerit emen- ndi rationem, non video: αὐτὸς enim passim cum casu ter- o construitur. *Xen. K. Π.* 2. ὑμεῖς δὲ εἰς μὲν τὸ αὐτὸ ἡμῖν τεύδετε. Et in Sympos. p. 893. εἰς ταὐτὸν τῷ οἴνῳ. Imitati nt Latini. *Horat. Invitum qui servat, idem facit occidenti.*

VITRING. *Vitringam* et *Jensium* recte contra *Marcilium* sentire, si quid probatione indiget, vide nos ad 1. Ver. Hist. c. 8. REITZ.

Ead. l. 12. *Ἐν τῇ σφαγῇ*) Probe monuerat *Hemsterh.* videndum *Duker.* ad *Thucyd.* IV, 48. Is igitur *σφαγὴν* et hic *jugulum* significare, aeque ac apud *Thucyd.* l. c. pluribus testimoniis probat, inter quae eminet illud *Plutarchi* Galb. *τὴν σφαγὴν προτείνας, δρᾶτε, εἶπε.* Quod *Suet.* Galb. 20. dicit, *obtulisse ultro jugulum.* Tum neque *Luciani* verba sola adduxerat; sed et ea, quae mox cap. penult. sequuntur, *ἀποστάσας δὲ τῆς σφαγῆς, καὶ τοῦ τραύματος ἐξελὼν τὸ ξίφος·* (quod *Erasm.* ibi recte verterat, *avulso igitur ense e jugulo*) nec non Phalar. I. c. 5. *μᾶλλον δὲ γυμνὴν ἤδη ὑπέχειν τὴν σφαγὴν*, ubi *Gronov.* recte reprehendit interpretem, qui haec, *nudam caedem sustinere*, convertit. Sed vid. quae ibi noto. Adde *Foes.* in Oecon. Hippocr. ubi *σφαγὰς* ex *Hippocr.* libro *περὶ ἀδένων, venas jugulares* esse recte docet, et *σφαγὴν jugulum* significare, ex *Polluce* tradit; ideoque id versioni inserui. REITZ. Plane dubium non est, *σφαγὴν* esse jugulum, idque e *Polluce* jam *Camerarius* de partibus corp. hum. et Lexica vulgaria observarunt. Sed posueram in interpretatione, *gladium in caede reliqui*, non modo uti proprietatem vocis exprimerem; nam ideo lacuna illa inter *κλεῖδα*, s. jugulos interjecta *σφαγὴ* vocatur, quod locus ille ad *mactanda* parva vi animalia opportunus est: sed etiam quod obversabantur memoriae poetae verba, quae jam quaerere non vacat, *gladiumque in caede reliquit.* Confer quae mox dicentur ad Phalar. I. §. 5. GESN.

Pag. 335. l. 3. *Τμεῖς*) Quamquam *Parisina* habebat *ἡμεῖς*, in versione tamen recte expresserat *vos.* REITZ.

Ead. l. 6. *Μέλει δέ σοι πῶς ἀπέθανεν;*) Non ita populus Romanus, de quo *Cic.* Fam. 9, 10. *Te hoc scire volo, vehementer populum solicitum fuisse de P. Sullae morte, antequam certum scierit. Nunc quaerere desierunt, quomodo perierit. Sat putant se scire, quod sciunt.* GESN.

Ead. l. 9. *Τὰ δὲ διὰ μέσου*) Ita Ms. Reg. 3011. In Edd. *δὲ* legebatur post *μέσου.* BIP. Non opus erat hac transpositione, quae *Belino* etiam in superioribus nonnunquam nimis arrisit. LEHM.

Pag. 336. l. 2. *Ἐνδεῖ τι*) *Τι* in Edd. deficiens, reposuimus ex Ms. Reg. 2954. BIP.

Ead. l. 9. *Ταῦτα, εἰ καὶ*) Hic deest verbum *τελεῖν*, aut simile quid. GUYET.

Ibid. *Ἔκ γε*) Sic P. in reliquis est *ἐκ τε.* SOLAN.

Ead. l. 10. *Κατασταντα*) An *παραστάντα*; GUYET. Accip

καταστάντα judiciali significatione, ubi significat *stare in judicio*, quo sensu *consistere Tertulliano* et aliis JCtis usitatum. *Thucyd.* I, 131. καθίστησιν ἑαυτὸν ἐς κρίσιν κ. τ. λ. Gesn.

Ead. l. 14. Τῆς γνώμης μόνης) Antea in omnibus aliter interpungebantur haec verba, et μόνος pro μόνης legebatur, ad hunc modum: ἐπειράθην τῆς γνώμης, μόνος etc. nullo aut certe misero sensu, qui nunc longe, ut puto, melior apparet. Solan. *Solanus* in *J.* aliter distinxerat et correxerat haec; scilicet sic: ἐπεχείρησα, ἐπειράθην τῆς γ. μόνης μόνος ἄξιός εἰμι, i. e. ut conjicio, τῆς γνώμης μόνης etc. ut sensus esset: *suscepi negotium, periculum feci; propter solam adeo voluntatem solus praemio dignus sum:* ἕνεκα enim tum ante γνώμης relinquitur intelligendum. Non male. Reitz. Non male quidem. Sed non video, quorsum opus sit mutatione sententiae non sane miserae, ut *Solano* visum, sed probissimae, modo intelligas, quid sit πειρᾶσθαι τῆς γνώμης. Recte *Gesnerus: animi experimentum dare*, i. e. *specimen exhibere, documentum edere, consilii generose capti*, cui tamen eventus non respondit, quum alius id sit exsecutus. Praeterea nec grate esse exceperint, *Solani*, verba: γνώμης μόνης μόνος. Immaneamus ergo vulgatis. Lehm.

Pag. 337. l. 2. Οὕτω ῥᾷστον) Malles fortasse, Lector, οὕτω ῥᾴδιον, quia sic usitatius post adverbia intendendi; sed quia mox opponit τὸ μέγιστον, καὶ δυσκατέργαστον, studio videtur ῥᾷστον superlativo gradu posuisse, ut non facillimum, sed maximum et difficillimum facinus id fuisse praedicet. Neque contra linguae genium esse, ut rarior sit locutio, patet ex faceto *Lucillii* versu in *Anthолog.* L. 2. c. 32. Οὕτω συφότατος πέλε Γάϊος, ὥςτ' ἐκολύμβα etc. Reitz.

Ead. l. 9. Κατώρθωσε) Vide, quae de hoc verbo dicta, supra 1. Ver. Hist. cap. 12. pr. adde mox cap. 19. κατορθωμάτων pro egregiis factis. Reitz.

Pag. 339. l. 1. Δεσπότης) Pro tyrannico imperio etiam alli hac voce adjective utuntur, aeque ac Germani et Belgae. Reitz.

Ead. l. 7. Τὸν ἐν ἡλικίᾳ) Ἡλικία, κατ' ἐξοχήν de adolescentia dicitur, et illi, qui in ἀκμῇ, in flore aetatis sunt, dicuntur εἶναι ἐν ἡλικίᾳ. *Ulpian.* ad Olynth. I. *Demosth.* ἡλικία ἐξαίρετος ἐπὶ τῶν νεωτέρων. In Philipp. III. *Demosth.* ὁ ἐν ἡλικίᾳ opponitur πρεσβυτέροις. *Thucyd.* L. VI. c. 24. τοῖς δ' ἐν τῇ ἡλικίᾳ. Et L. VII. c. 60. *Xen.* Hist. Gr. L. I. p. 446. Pari modo Latinis *aetas* usurpatur. *Liv.* XLII, 34. *Cum primum in aetatem veni.* L. Bos. In Epicuri testamento apud

Diog. Laërt. p. 272. A. εἰς ἡλικίαν ἐλθεῖν dicitur virgo, cum nubilis est. SOLAN.

Ead. l. 12. *Εὐθὺς ἀγνοῆσαι*) Non satis liquet, voluerit-ne marg. *A.* 1. *W.* notare Codicis alicujus lectionem, qui bis ἀποθανεῖν habeat, omisso ἀγνοῆσαι, (quod tamen ita videtur, quia sic et alibi solet similia notare) an vero ἀγνοῆσαι ἀποθανεῖν, quo *Solani* conjectura, qui hanc collationem non vidit, belle adjuvaretur. REITZ. Quidquid sit, non aliena est haec admodum figurata orationis forma ab hujus declamationis, et loci quoque hujus ipsius, indole. Quare nihil mutandum censeo. LEHM.

Ibid. Τὸ δ' εὐθὺς) Turbant hic Codices. In *Flor.* desunt τὸ δ' εὐθὺς ἀποθανεῖν. Ego τὸ δ' εὐθὺς ἀγνοήσαντα ἀποθανεῖν legendum censeo. Sed interim, dum accedat Codicum auctoritas, vulgatum retineo. SOLAN.

Ead. l. 14. *Ὦ οὗτος*) Frequens compellandi formula, non tamen nimis honorifica, sed plerumque aliquid reprehensionis habens, ut *Aesop.* in fabulis persaepe solet, veluti Fab. 16. cum Oraculum maligno exploratori respondet, σκόπτερον, ὦ οὗτος, βούλῃ, ποίησον, et alibi non semel; vel pro heus tu, ut ap. *Aristoph.* Ran. 172. et Pluto 439. Verum et in mitiorem partem *Aesop.* Fab. 25. ubi medicus ait consulenti, ὦ οὗτος, εἰ σώζεσθαι βούλει, λαβὼν ἄρτον — ἐπίδος. Quare non irascor pristino interpreti, haec verba vertenti, *vir egregie;* nec tamen satis probo. V. idem cap. 16. REITZ. Non sensit *Reitzius* ironiam in compellatione: *vir egregie*, quae tum formulae nostrae, tum etiam loci rationibus, optime conveniebat. LEHM.

Pag. 340. l. 10. *Τὰς ἐπὶ τῶν*) Pro ἐπὶ, lego ἔτι. Vide, an sic sanetur locus. Nam quod ἐλπίδας χρόνων μελλόντων pro *metu futuri* sumitur, ne te moretur. Habuisti enim jam in praecedentibus, cap. 3. τῆς τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίδος et c. 11. ἐλπὶς τοῦ φόβου. Sic etiam *Chrysost.* 253, 1. ad Pop. Antioch. Omnium maxima difficultas ex sequentibus oritur. ἐπ' ἀ. ἐ. τ. σ. quo enim referantur non habent. SOLAN.

Ead. l. 11. *Ἐλπίδας*) Conf. quae supra dicta ad cap. 3. De plurali autem supra quoque jam dixi. Conf. cap. 38. f. Quom. hist. etc. 61. f. et *Long.* Past. III. p. 99. παρ' ἐλπίδας, et *Duker.* ad *Thucyd* VIII. c. 81, 43. REITZ.

Ibid. Χρόνων, ἐπ' αὐτὸν) Ait Tyrannicida, se sublato tyranni filio, omnia simul mala patri ingessisse, quae eum mori cogerent. *Ἅπαντα τοίνυν αὐτῷ ἀθρόα περιέστησα, τὴν φύσιν, τὴν λύπην, τὴν ἀπόγνωσιν, τὸν φόβον, τὰς ἐπὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδας χρόνων, ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην τοῖς συμφο-*

παρὰ τὴν τελευταίαν ἐκείνην σκέψιν κατηνάγκασα. Videtur quid intercidisse, nimirum *καὶ* post vocem *χρόνων*. *Omnia itaque cumulata ei circumdedi, naturam* (*στοργὴν* scilicet), *dolorem, desperationem, metum, temporum insecuturorum horrorem, et auxiliatoribus in eum usus sum, atque ad extremum hoc consilium perpuli.* Interpres non male supplevit *τούτοις*, *his versus illum auxiliis usus sum.* In editione Florentina post *ἐκθέσεως* hiatus est, et duae voces sequentes omissae; quod argumento est, Codicem, quo Florentini usi sunt, loco se male habuisse. JENS.

Ibid. *Ἐπ' αὐτὸν*) *Τούτοις* hic desiderari videtur, legendumque, *τούτοις ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην*. GUYET. Parum abest, quin illud *τούτοις* ante *ἐπ'* in contextum receperim; ita mihi necessarium videtur. At potest jam eo uti, qui voluerit. Neque quisquam vitio vertat, quod tamen mox *πρὸς τὸ παρὰ* et *περὶ* ex eodem receperim: id enim factum, quia res ipsa loquebatur, etiam sine Codicum ope sic corrigendum; tum quia nec vulgata lectio sibi constabat; quae quando constans est, minus facile movenda. Ceterum, si cui minus adridet illud *καὶ*, quod *Jens.* post *χρόνων* inseri vult, unctum minus post id vocabulum ponat, et sic sine *καὶ* sensus satis constat, qui tamen vel cum commate tolerabilis est. REITZ. Nulla loci depravati sanandi ratio omnino mihi satis facit. Nam ut vulgo leguntur verba, non possunt non offendere, quoniam non solum copula deest, quae necessario ante verba *ἐπ' αὐτὸν* exspectabatur, neque huic inopiae commode vel majori interpunctione, ut voluit *Reitzius*, neque tamen fecit, adhibita succurri satis potest, sed etiamsi *καὶ* cum *Jensio* inserueris, *οἱ σύμμαχοι* qui sint, nonnisi conjiciendo assequaris. Jam etsi cum *Guyeto* *τούτοις* praemiseris verbis *ἐπ' αὐτὸν*, quam rationem *Gesnerus* praetulisse videtur, vereor, ne articulus ante *συμμάχοις* minus recte sit positus. Cogitabam de mutanda voce *ἐπέστησα* in *ἐπιστήσας*, ut certe vinculum aliquod sententiarum efficeretur. Verum nec sic omni ex parte mihi satisfactum sentio. Restat, ut in universo loci sensu, qui non est obscurus, acquiescentes, verba quaedam singula vel corrupta habeamus, vel minutam statuamus lacunam quandam, cujus vestigia satis luculenta Editio *Florentina* ostendit. Conjecturis, quae varia via excogitari possint, indulgere nolebam, quum nullam intelligerem satis firmo fundamento fulciri posse. Quare etiam suspectum illud *ἐπὶ*, pro quo hoc quidem loco non satis probabiliter *ἔτι* substituit *Solanus*, hactenus retinendum duxi.

Conferas interim supra c. 6. ἐπ' ἐκείνων δὲ οὐδὲν τοιοῦτο· πίζετο. Lehm.

Ead. l. 12. *Πρὸς*) Sic rescripsi. In impressis παρὰ; cepta *Junt.* quae περὶ habet, quod in P. etiam exstat. S

Ibid. *Καὶ παρὰ τὴν*) Hic locus integer non vid Guyet. Jam tamen ex *Solani* emendatione integer videt Reitz.

Pag. 341. l. 1. *Ὑφ' αὐτοῦ*) *Ὑφ' αὑτοῦ* erat in *Par.* S ex ipso *ὑφ'* satis apparet, eam et *αὑτοῦ* adspirare volu Reitz.

Ead. l. 12. *Παντὶ*) Leg. *πάντη τοῦτο.* Guyet.

Ead. l. 13. *Νομίσατε*) *Ἐνομίσατε.* Guyet. *Οὐκ ἀνὰ τον — ἐνομίσατε*) Fuit, cum putarem legendum *πάντως.* S nondum sic satis sanus erat locus. Nunc autem verissim mihi videtur, quam in textum recepi, emendatio. Sola Quia sequentia verba omnia suum augmentum habent, et in hoc verbo addidissem, quod et *Solan.* in *Junt.* fecer Licet haud immemor sim eorum, quae supra non semel augmento frustra adjecto dixerim. Verum quia *Gesner.* imperativo modo accepit, nihil mutavi Sed si quid mutandum, possis etiam *νομίσαιτε* legere, ut sit, *iudicassetis*; vel sic, vel *ἐνομίσατε* legendo, argumentatio clarior, et sensus magis cohaerens mihi videtur. Reitz. Ego putaba *νομίσατε* relinquendum, cum ipsam contineat petitionem possessoris gladii, et protasin argumentationis finiat. Si hoc solum peterem, Gladium honorate: nonne ipsum quoque dominum ultro honore afficeretis? Gesn.

Ead. l. 15. *Ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνεθ.*) Non ut ipse quoque inter Deos referatur gladius; quamquam apud Scythas cultus acinacem legimus: sed quoniam ad donaria in templis suspensa, (forte etiam Deo alicui, ut Jovi ultori, ut Marti, appensus gladius) pars etiam cultus et religionis illius videtur pervenire. Sic supra Somn. c. 8. statuarii nobiles μετὰ τῶν θεῶν προσκυνεῖσθαι dicuntur, quod cum Phidiae Jupiter adoratur, etiam ipse artifex in partem honoris videtur venire. Gesn. Vide ibi Adnotationem nostram. Legitur autem ibi: *προσκυνοῦνται γοῦν οὗτοι μετὰ τῶν θεῶν.* Unde colligas, h. l. non esse cum Gorl. Cod. legendum *κἀκεῖνο* pro *ἐκεῖνο.* Lehm.

Pag. 342. l. 2. *Τιτρωσκόμενος*) Hic desiderari videtur: *υἱὸς*, vel *ὁ νεανίσκος*, ut interpres exposuit. Guyet. Non adeo desideratur *υἱὸς*, vel *νεανίσκος*, quam intelligitur ex antecedentibus et consequentibus. Nexus enim orationis est, *ἐπεὶ γὰρ φονευόμενος, ὁ μὲν ἀνεβόησεν.* Nisi malis mecum ar-

ticulum addere, ὁ φονευόμενος legendo, ut sic plenius eidem respondeat repetitum deinde ὁ μὲν, quod ἐπανόδῳ inservit, propter insertas illas caedis rationes, sensum suspendentes. Reitz.

Pag. 343. l. 2. Καὶ τῇ βραδύτητι, κολάζειν δέον, καὶ παρατείνει] Haec verba *J. Seagerus* l. c. violentissime mutari vult hunc in modum: καὶ (κολάζειν δέον) παρατείνει μοι etc. *et, quum debeat, quum optandum mihi sit, supplicium repraesentari.* Ergone non solum τῇ βραδύτητι, sed etiam sequens καὶ, e textu ejiciantur? Quod nemini facile probabitur. Tantae licentiae ansam praebuit falsa priorum Editionum interpunctio, et hinc profecta *Gesneri* interpretatio: *et ipsa tarditate ut puniat, extendit mortem meam.* Minutissimo commate post βραδύτητι posito, en tibi jam *Luciani* mentem! Lehm.

Ead. l. 6. Προπαρεσκευασμένον) Vide, si operae est, similem lapsum complurium Editionum, προπαρασκ. pro προπαρεσκ. exhibentium, infra in Lexiphan. c. 24. Hic enim augmentum ab auctore fuisse neglectum, non credo, etsi supra exemplorum satis dedimus, ubi id studio fecerint auctores. Reitz.

Ead. l. 12. Πρώτως) Legendum omnino aut πρῶτος, aut πρώτῳ, sed illud concinnius videtur. Solan. Non magis hic, quam Diall. Mortt. XXX, 2. πρώτως immutandum existimo, licet h. l. Gorl. Cod. πρῶτος exhibeat. Nec *Dorvillius* ad *Charit.* p. 390. *Solani* emendatione opus esse judicat, quamquam is, si opus sit, magis in πρώτῳ, quam in πρῶτος, inclinat. *Hermannus* tamen ad *Viger.* p. 778. ubi aliam ob caussam haec verba affert, πρῶτος scripsit, nescio, an suum hic potius sensum secutus, quam textu ipso attente inspecto. Lehm.

Ead. l. 13. Ἤ) Delendum istud ἤ, ut ineptum. Solan. *Solanus* particulam ἤ deletam cupit; nec ego desiderarem, si abesset. Verum, etsi ἀλλ' ἤ etiam pro ἀλλὰ μόνον accipiatur, ut *Viger.* de partic. ex *Aristoph. Eiρην.* docet, quid prohibet μόνον vel ἤ per pleonasmum addi? Nam et alibi abundat ἤ, in alio locutionis genere, ut *Aesop.* fab. 2. Aquil. et Scarab. ὀρκίζων αὐτὸν κατὰ τοῦ μεγίστου Διὸς, ἢ μὴν μὴ καταφρονῆσαι τῆς μικρότητος αὐτοῦ. Sic sine accentu ἢ legitur in mea Edit. *Aesopi.* Sed ἤ μὴν in jurandi formulis usitatum circumflecti solet; quare et forsan hic scribendum ἀλλ' ἦ, ut significet *certe quidem*, cujus significatus exempla *Stephan.* jam dedit in Thesauro. Reitz. Mihi dubium plane non est, quin ἀλλ' ἤ sit scribendum: *mortuus essem, at profecto ut merus tyran-*

nus, at sperans adhuc me ultorem esse habiturum. Hanc vim confirmativam, quam *Devarius* in libro de partt. Grr. p. 28. omittere non debuit, certam, apud nostrum quidem scriptorem, reddit initium libelli De Imag. Eadem statuenda in Necyom. c. 1. ubi *Hemsterhusius* in Adnot. significat, se nonnisi interrogativam harum particularum vim nosse, vel agnoscere. Nam ἀλλ' ἤ ibi vulgo quidem legitur, sed Cod. L. et Ed. *Junt.* rectius habent ἀλλ' ἦ. Contra De Merc. Cond. c. 22. οὐδὲν ἀλλ' ἤ φῦσαι vera lectio est, potestatis quidem exceptivae post vocem negandi. Haec nostra verba *Zeunius* ad *Viger.* p. 476. qui ἀλλ' ἤ legit, mire vertit: *Si prius trucidatus essem; mortuus essem secus quam ut merus tyrannus,* jure carptus ab *Hermanno* in Animadv. ad eum locum, cujus tamen et ipsius rationem fateor mihi non satisfecisse, ut ex iis, quae modo dixi, pateat necesse est. LEHM.

Ead. l. 15. Ἐπῆγε τὴν σφαγὴν) Vertitur, *gladium adegit.* Sed vertendum, *caedem accelerabat*, ac pro ἐπῆγε, ἐπείγε legendum. GUYET. Ἐπῆγε τὴν σφαγὴν nihil est nisi *aggrediebatur caedem*, nec de ἐπείγε cogitandum, neque etiam cum *Jacobsio* in Specim. Animadvv. p. 29. ἐπῆγε τὴν σφαγίδα scribendum, praesertim quum instrumentum illud letiferum per totam declamationem non σφαγὶς, sed ξίφος, fuisse dicatur. LEHM.

ADDENDA ET CORRIGENDA

ad Tom. III.

Pag. 177. l. 9. pro ΣΤΟΙΚ. leg. ΣΤΩΙΚ.
— 192. l. 3. pro ἐξημμένον *Bake* ad *Cleomed.* p. 420. • Vitar. Auct. c. 7. ἐξηρτημένον rescribi vult.
— 219. l. 8. pro ἀφανῆ idem *Bake* p. 267. legi vult ἔμφανῆ.
— 228. l. 3. post τοιούτου etiam *Gailius βίου* inseri jubet e Ms.
— 231. l. 6. τοῦτον refert *Gail.* in duobus legi Mss.
— 232. l. 3. οὐκ cum *Guyeto* expungendum censet *Gail.*
— 233. l. 3. ὅλως et *Gailio* placuit ex uno Ms.
— 247. l. 13. ὑπειπὼν malit *Gail.*
— 254. l. 21. pro c. 29. leg. c. 30.
— 270. l. 1. ἀχάριτος etiam *Gail.* scribi vult.
— 278. l. 2. (in Varr. Lectt.) *Gail.* in textu quidem retinuit ἄωρα, sed non improbans ἄδωρα.
— 313. l. 4. lege κνημῖδας. (*Hom.* Il. III, 330.) Cf. Adv. Indoct. c. 7.

---

ad Tom. IV.

Pag. 4. l. ult. in Varr. Lectt. pro 944 leg. 9. 44.
— 5. l. 13. distingue μέ — μνημαι. Et sic aliquoties per hunc tomum aberratum est a recta distinguendi ratione.
— 35. l. 9. pro καλὼν l. καλῶν.
— 40. l. 3. (in Vers. col. 2.) pro *consilli* l. *consilii.*
— 46. l. 2. (Varr. Lectt.) pro οἶδας l. οἶδας.
— 48. l. 3. pro εἶναι l. εἶναι.
— 50. l. 13. (Vers. col. 1.) pro *Achilis* leg. *Achillis.*
— 51. l. 10. pro αἱρεῖσθα leg. —αι.
— 58. l. 6. pro εἴχον leg. εἶχον.
— 61. l. 7. post ἀτρέμα ponendum semicolon.
— 63. l. 15. pro τὸν leg. τῶν.
— 64. l. 4. post literam Z deest interrogationis nota.

Pag. 66. l. 12. *πεπρᾶχθαι.* Sic correctum est, quod vi-
batur, *πεπράχθαι.*
— 77. l. 8. pro *κακαλυμμένον* leg. *κεκαλ.*
— 85. l. 6. pro *ον* leg. *οὐ.*
— 87. l. 9. *δῦναι*, quod *Dindorfius*, doctissimus am-
me invito, edi curavit, nec non probo. In-
vum esse, nemo dubitet. De Tempore quaereb-
Jam vero *δύναι* Infinitivus est Praesentis (cf. d-
νύναι, σβεννύναι, ζευγνύναι etc.) *δῦναι* Ao-
(cf. *στῆναι, θεῖναι* etc.). Atqui *δύναι*, quam for-
vett. Edd. servarunt, recte habet h. l. Ergo n
erat mutandum.
— 90. l. 13. pro *διεκδῦναι* leg. *διεκδύναι.* cf. c. 63.
— 96. l. 10. Recte scribi *αὔρα* monuerunt *Schaefer.*
Long. p. 378. et *Porson.* ad *Eurip.* Hecub. 4
(Herm.) Quamquam nostri libri in compluribus
cis, ut Ver. Hist. II, 5. Amor. c. 6. et 12. et h
constanter tenent scripturam *αὕρα* et *αὕρας.*
— 143. l. 7. del. comma post *προσγένοιτο.*
— 155. l. 9. leg. *δύναι* pro *δῦναι.* Vid. supra Addenda
p. 87. l. 9.
— 168. l. 9. *πολυφωνώτατῳ* ut variam lectionem propo-
Gailius, sed mendosissime certe scriptam.
— 175. l. 5. *ἑταῖρας* nec *Gailio* placuit.
— 177. l. 7. *θυμήδες* (scrib. *θυμηδὲς*) etiam *Gail.* ex M.
quodam (2956. ap. *Bel.*) pro varia lectione affert.
vertens: *ce qui flatte l'esprit.*
Ead. l. 8. *ἀκούουσιν ἦν· μὴ — ἐπινοῆσαι*, ut in *Salm.* al
isque Edd. rescripsit *Gail.*
— 184. l. 3. *θυμοῦ* retinuit *Gail.*
— 188. l. 4. (Varr. Lectt.) leg. *φροιμίῳ* pro *φροιμίου.*
— 191. l. 11. (Vers. col. 1.) pro *At* leg. *Ad.*

ori sequentes librariae *Weidmanniae* Lipsiae sumtibus sunt editi pretiisque quae indicavimus venduntur.

neae, Tactici, Commentarius de toleranda obsidione, graece, ad Codd. MSS. Parisienses et Mediceum recensuit, versionem lat. et commentarium integrum Is. Casauboni, notas Iac. Gronovii, G. H. C. Koesii, Casp. Orellii aliorumque et suas adiecit Io. Conr. Orellius. Cum tab. aeri incisa. 8 maj. Charta impress. 1 Thlr. 8 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr. 16 Gr.

mmiani Marcellini quae supersunt. Cum notis integris Frid. Lindenborgii, Henr. et Hadr. Valesiorum et Iac. Gronovii, quibus Thom. Reinesii quasdam et suas adiecit Io. Augustin. Wagner. Editionem absolvit Car. Gottl. Aug. Erfurdt. III Tomi. 8 maj. 1808. Charta impress. 5 Thlr. 12 Gr.

— — Idem liber, charta script. 7 Thlr. 12 Gr.

— — — — Idem liber, charta membran. (Velin). 12 Thlr.

mmiani Marcellini Opera, ex recensione Valesio Gronoviana per prosopographiam et Glossarium latinitatis ad studiosorum usus accommodata curante Aug. Guil. Ernesti. 8 maj. 1772. charta scriptoria. 2 Thlr. 12 Gr.

Aristophanis Comoediae auctoritate libri praeclarissimi saeculi decimi emendatae a Phil. Invernizio etc. Vol. XIum. Scholia graeca, curavit Guil. Dindorfius. 8 maj.

Etiam sub titulo:

Scholia graeca in Aristophanis Comoedias edidit Guil. Dindorfius. Vol. IIum. Charta script. 3 Thlr.

* — — Idem liber, charta belg. opt. 5 Thlr. 8 Gr.

Aristophanis Aves. Ex recensione Guilielmi Dindorfii. 8 maj. Charta impress. 20 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr.

* — — Idem liber, charta membran. 1 Thlr. 6 Gr.

Beck, Dr. Ioa. Ludov. Guil., Indicis Codicum et Editionum iuris Iustinianei prodromus. 8 maj. Charta script. 10 Gr.

Caesaris, C. Iulii, Commentarii de bello gallico et civili, accedunt libri de bello Alexandrino, Africano et Hispani-

ensi, post Cellarium et S. F. N. Morum denuo curavit Ier. Iac. Oberlinus. Editio nova. 8 maj. 1819. charta impress. 2 Thlr. 12 Gr.

Caesaris, C. Iulii, Idem liber, charta script. gall. 3 Thlr. 6 Gr.

* — — Idem liber, charta belgica opt. 6 Thlr.

Calpurnii, T., Siculi, Eclogae XI. Recognovit, adnotatione et Glossario instruxit Christ. Dan. Beck. 8. 1802. 20 Gr.

Ciceronis, M. Tullii, Epistolarum libri XVI cum notis criticis Traug. Frid. Benedicti. II Tomi. 8. 1790. 2 Thlr. 12 Gr.

Ciceronis, M. Tullii, de Legibus Libri III. Ex scriptis recens collatis editisque libris castigatius et explicatius edidit I. A. Goerenz. 8 maj. 1809. Charta impress. 1 Thlr. 8 Gr.

— — Idem liber, charta scriptor. gall. 1 Thlr. 16 Gr.

* — — Idem liber, charta membranacea. 2 Thlr. 16 Gr.

Ciceronis, M. T., Academica. Ex scriptis recens collatis etc. edidit I. A. Goerenz. 8 maj. 1810. Charta impress. 1 Thlr. 16 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 2 Thlr.

* — — Idem liber, charta membranacea. 3 Thlr.

Ciceronis, M. T., de Finibus bonorum et malorum libri V. Ex scriptis recens collatis edidit I. A. Goerenz. 8 maj. 1814. Charta impress. 2 Thlr. 18 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 3 Thlr. 8 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. 5 Thlr.

Etiam sub titulo:

Ciceronis, M. T., Philosophica omnia. Ex scriptis recens collatis editisque libris castigatius et explicatius edidit I. A. Goerenz. Vol. I. II. et III. 8 maj. 1809. — 1814.

Ciceronis, M. T., ad Quintum fratrem Dialogi III de Oratore. Cum integris notis Zach. Pearce edidit et aliorum interpretum animadversiones excerpsit suasque adiecit Gottl. Christoph. Harless. 8 maj. 1816. Charta impress. 2 Thlr. 12 Gr.

— — Idem liber, charta script. 3 Thlr.

* — — Idem liber, charta membranacea. 7 Thlr. 8 Gr.

rnelii Nepotis vitae excellentium Imperatorum. Cum animadversionibus I. A. Bosii, varias lectiones et praefat. addidit Io. Frid. Fischerus. Editio nova multo auct. et emend. 8 maj. 1806. charta impr. 2 Thlr.

rnelii Nepotis idem liber, charta script. gallica. 2 Thlr. 18 Gr.

— — Idem liber, charta belg. opt. 5 Thlr.

mosthenis Philippica I. Olynthiacae III. et de Pace, selectis aliorum suisque notis instruxit M. Carol. Aug. Rüdiger. 8 maj. Charta impress. 21 Gr. et 1 Thlr.

— Idem liber, charta script. 1 Thlr. 4 Gr.

lori, Lucii Annaei, Rerum Romanarum libri IV., quos editione hac novissima ad opt. Codd. recensuit et notas ad instar Io. Minelli illustravit M. Christ. Iunckerus. 12. 1734. 6 Gr.

öller, Franc., de situ et origine Syracusarum ad explicandam Thucydidis potissimum historiam scripsit atque Philisti et Timaei rerum Sicularum Fragmenta adjecit. Acc. tabula topograph. Syracusarum. 8 maj. Charta impress. 1 Thlr. 12 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr. 18 Gr.

esiodi Opera et Dies. E veterum grammaticorum notationibus et optimis libris MSS. recensuit Frid. Aug. Guil. Spohn. Editio minor, in usum scholarum et academiarum. 8. Charta impress. 8 Gr.

— — Idem liber, charta script. 10 Gr.

— — Idem liber, charta mel. 12 Gr.

lomeri Carmina cura C. G. Heyne. Tomus IXnus, Indices continens, confectos ab E. A. Guil. Graefenhan. 8 maj. Charta impress. 16 Gr.

— — Idem liber, charta script. 20 Gr.

— — Idem liber, charta belg. opt. 1 Thlr. 12 Gr.

Hottingeri, Io. Iac., Opuscula philologica, critica atque hermeneutica. 8 maj. Charta impress. 1 Thlr. 12 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 2 Thlr.

— — Idem liber, charta membran. (velin) 2 Thlr. 16 Gr.

Nicephori Blemmidae duo Compendia geographica. Nunc primum edidit Prof. Frider. Spohn. Accedunt fig. geograph. 4 maj. Charta impress. 16 Gr.

— — Idem liber, charta script. 20 Gr.

Manutii, Pauli, Commentarius in M. Tullii Ciceronis Orationes. Curavit C. G. Richterus. 8 maj. 1785. 3 Thlr. 8 Gr.

Pausaniae Graeciae descriptio. Edidit, Graeca emendavit, latinam Amasaei interpretationem castigatam adiunxit et animadversiones atque indices adiecit Chr. Godofr. Siebelis. Tomus Ius. 8 maj. Charta impress. 2 Thlr. 20 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 3 Thlr. 8 G.

* — — Idem liber, charta membran. 3 Thlr. 16 G.

Platonis quae exstant Opera. Accedunt Platonis quae feruntur Scripta. Ad optim. librorum fidem recensuit, in linguam latinam convertit, annotationibus explanavit, indicesque rerum ac verborum accuratiss. adiecit Fridericus Astius. Tom. Vus, continens Politiae Libr. IX et X. 8 maj. Charta impress. 1 Thlr. 6 Gr. et Charta impress. meliori. 1 Thlr. 10 Gr.

— — Idem liber, charta script. gallica. 1 Thlr. 16 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. 3 Thlr.

Silii, Caii, Italici, Punicorum libri XVII, varietate lect. et commentario perpetuo illustravit I. C. T. Ernesti. Accedit Index uberrimus. Vol. I. et II. 8 maj. 1791. 92. 2 Thlr. 20 Gr.

— — Idem liber, charta script. 4 Thlr.

Xenophontis Convivium et Agesilaus. Recensuit Ludov. Dindorf. 14 Gr.